

nu. 1. r. uolum. 3. ergo datur intelligi sub inuestitura, & assertione iuris Ecclesie Rauennę comprehendit terras omnes, quas uaria perſona tenebant a dicta ecclesia iure liuelli, uel emphiteutico, de quibus instrumenta, & inuestitura non apparebant: quia exceptio siue limitatio confirmat regulam in casibus non exceptis siue non limitatis. ut not. Bart. in l. quastum. §. denique. ff. de fund. instr. Ang. conf. 239. Roma. conf. 337. cum similib. per Dec. in l. 1. ff. de reg. iur. nu. 7. & per consequens sub illa assertione iuris ecclesie Rauennę comprehenditur hoc Casale, quod ab illo D. Marchione potuit ad alios peruenire, demumque ad reum contentum, licet de eo non appareant inuestiturae, cum potissimum de generali consuetudine derogatum sit dispositioni leg. 1. C. de iur. emphit. requirunt scripturam in emphiteusi, pro ut testatur Bar. ibi col. 2. & post eum Ang. col. 1. spec. de loca. §. nunc aliqua. q. 5. Martin. de Fano in tract. de iur. emphit. q. 4. Roma. conf. 103. col. 2. Dec. conf. 329. col. 2. Socin. consilio 169. colum. 6. uers. sed hic superest. uolum. 2. quare dici non potest, cum dictum casale sit in Villa, & fundo Maderii positum, id non esse iuris Ecclesie Rauennę, stante, quod est comprehensum in dicta inuestitura, & antiquitus affirmatum id esse iuris d. Ecclesie.

Et tenendo hanc partem non obstant dubia quae dicuntur ad conductionem fructuum decimale ad horreum Ecclesie non arguere necessarium fundos, unde debentur, esse iuris eius Ecclesie: quia procederent alio non apparente, & sic in dubio, secus ubi praesertim iam diu, & ab antiquo dixit, illos fundos esse iuris & proprietatis Ecclesie suae, prout in casu nostro factum reperitur.

Secundo respondetur, quod in dicta inuestitura promissit ille Do. Marchio pro rebus illis omnibus, de quibus inuestitus fuit, singulis annis soluere modios 30. frumenti, mastellosque uini. 30. conductos Ferrariam ad domum dictae ecclesie Rauennę omnibus suis periculis, & expensis, quod sane pactum fuisse superfluum respectu dictae conductionis, si talis solutio fuisset loco decimae iuris diuini: quia nihilominus eo quoque non conueniente tenebatur conducere d. Marchio de iure, prout in dubiis dicitur. At uerba non debent esse superflua, nec apposita sine uirtute operandi. l. si quando. ff. de leg. 1. Bald. in rub. C. de contra. empt. q. 9. Dec. conf. 626. nu. 7. Roland. à Valle conf. 1. nu. 12. uolum. 3. & in pacto tradit in not. q. Ang. in l. aede. C. loca. dicens, quod si locator promissit non expellere conductorem durante tempore locationis, non poterit eum expellere, licet ei superuenerit necessitas habitandi domum: quia per illa uerba uideatur recessu à natura contractus locationis, quae erat, ut eo casu conductor teneretur recedere, ut in ea lege cautur: quia illa uerba pacti

debent aliquid operari, sequitur Dec. in l. fin. not. tertio, ff. si cert. per. & in c. quae in Ecclesiarum. uersus fin. de const. dans aliud exemplum, quod licet alias Vasalus possit alteri feudum subinfeudare c. 1. §. similit. de leg. Corra. not. Abb. in c. ex transmissa. de for. cop. si tamen est appositum pactum de non alienando, prohibita censetur infeudatio, ut uerba pacti aliquid operentur, secundum Bald. in c. 1. §. praeterea. de cap. Corra. quare pariter in casu nostro, ut uerba pacti, & promissionis Domini Marchionis aliquid operentur, datur intelligi, dictam solutionem promissionem fuisse loco decimae conuentionalis: quia res erant iuris & proprietatis Ecclesie Rauennę & ad ipsum Archiepiscopum pertinebant, non autem iuris diuini: quia uerba dictae promissionis nihil operarentur.

Tertio respondetur, quod licet de iure communi soluentes decimas debitas de iure diuino teneantur eas suis expensis portare ad horrea Ecclesiarum, quibus debentur, tamen per consuetudinem tollitur talis obligatio in omnibus illis locis, in quibus contrarium seruatur, uidelicet, quod decimatores Ecclesiarum in campis decimant frumenta, linum & id genus, & in area legumina triturrata, ut fabam, faveolas, & id genus, & ea singula conducunt ad aream, uel horrea Ecclesiarum, & sic per consuetudinem tollitur, quod inquit glof. in d. c. reuertimini. cum similib. de quibus in dubiis. Ita tenet Hostien. in summa. de decim. §. fin. questione 16. Collect. in c. in aliquibus. eod. tit. Imol. & Alexand. in d. §. si quis dolum. Paris. consil. 6. num. 6. uolumine tertio, & Petr. Rebuff. in tract. de decim. quast. 13. num. 49. at ista consuetudo uiget in toto comitatu & districtu Ferrariae: quia qui soluunt Ecclesiis decimas de iure diuino debitas, eas non conducunt ad areas, nec ad horrea dictarum Ecclesiarum, sed agentes earum sumunt eas partim in campis, & partim in areis dominorum, ut supra dixi. & deponunt omnes testes examinati pro Archiepiscopatu in presenti causa, & cum talis consuetudo, sit generalis, & notoria probatione non indiget. Bald. in l. filiusfam. §. ueterani. ff. de proc. in l. iubemus. C. de iudi. & in l. si fugitiui. columna 1. C. de ser. fugi. Imò uero cum uigeat in hoc loco iudicii, uidelicet in districtu Ferrariae huic foro subiecto, non est necessaria eius allegatio, sicut etiam non est necesse allegare statutum, quod est in loco iudicii, cum iudex de tali iure certus esse debeat. Bart. in l. omnes Populi. columna penult. ff. de iust. & iure. in l. inciuile. ff. de leg. & in l. prescriptione. columna fin. C. si contra ius. Bald. consil. 238. ad ueritatem. columna 1. uolumine 1. Crauet. conf. 137. num. 5. hac igitur consuetudine sic stante in hoc territorio, sequitur quod cum hoc casale, ceteraque bona sita in villa Maderii soluunt decimam conductam ad aream,

&

& loca ecclesie Ratiennę, id causari: quia conuentionalis est, ut iidem testes deponunt, & sic quia fundi sunt iuris d. ecclesie non autem quasi iuris diuini, si enim decima esset iuris diuini. & sic agri non essent iuris Ecclesie Rauennę, domini & eorum laboratores reculare possent attenda d. consuetudine conducere fructus decimales ad areas, & loca. d. ecclesie, sicut alii Domini à tali onere sunt liberi, quando decimae sunt iuris diuini, sed non reculant & eos conducunt: quia conuentionales sunt, & fundi iuris Ecclesie praedictae. Quinimo dabuntur informationes, per peritos agrimensores, si opus erit, quod in aestimandis praedictis, quae soluit decimam conductam ad aream, uel domos Ecclesiarum decalant, siue detrahunt sextam partem de iusto praedictorum praediorum, ueluti conditiorum, & iuris dictarum Ecclesiarum, quod secus seruant, quando soluit decimam iuris diuini, & tales informationes summi debent non obstante publicatione processus, & aliorum testium: quia in peritis non cadit subornationis timor, ut est doct. Bald. in c. proposuisti. ad fin. de probat. quam sequitur Dec. ibi colum. si tantoque magis quod iudex nescit in summariis, sed & in plenariis potest interrogare post conclusionem in causa per l. ubiunque. ff. de inter. acti. quia iudici non concluditur, sed partibus tantum, ut plenè post allegatos per eum Doct. Fel. in c. cum Ioannes. n. 12. de fid. instr. & in c. ad peritorem. columna 5. uer. & istis adde, de actione. §. si se informare, ut tradit Dec. in c. primo. de iudic. lect. 1. colum. 5. Felyn. in c. licet causam. colum. 14. 1. limit. de proba. & prioris Ang. in §. quia uero. columna 3. in fin. in auct. de testi.

Et ex praedictis concluditur bene fuisse iudicatum, primamque sententiam latam ad fauorem Reuerendissimi Archiepiscopi & Illustrissimi Cardinalis Domini mei obseruandissimi confirmandam esse.

Hippoly. Riminal. Ferrar.

Pro Illustre Domina Lucretia Rupercella Pia.

ARGVMENTVM.

Præsumitur pro titulo seniore contra iuniorem, emptio facta postquam spes erat, quod quis in iudicium uocaretur, praesumitur dolosa, & mala fide contracta, & plura in materia testium, instrumenti, & consinium.

S V M M A R I V M.

1 Instrumentum dicitur probatio probata. Item habet vim definitionis, ibidem.

- 2 Consinium expressio designat locum consuetum, & includit quicquid est intrad.
- 3 Quicquid est intra fines comitatus praesumitur esse de comitatu. 3.
- 4 Item quicquid est intra confines, & terminos territorij, dicitur esse territorij. 4.
- 5 Item quicquid est intra confines iurisdictionis alicuius Domini, praesumitur esse de iuris dictione illius. nu. 5.
- 6 Sed declaratur nu. 28. & seq.
- 7 Res illius esse praesumitur, cuius sunt fines.
- 8 Dominium transferretur ex permutatione.
- 9 In probationibus attenditur quod est uerisimile.
- 10 Possessio probatur ex fructuum perceptione.
- 11 Item ex pasculatone bestiarum, ibidem.
- 12 Pro titulo antiquiori praesumitur.
- 13 Quod procedit etiam in casibus, in quibus titulus praetorocinatur. 11.
- 14 Ratio cur titulus antiquior praeseratur. 1. 2. & 29.
- 15 Titulus recentior, & ea, quae tendunt ad efficaciam eius in iudicio possessorio, nihil prosunt.
- 16 Non licet opponere de iure tertij.
- 17 Emptio facta postquam quis est uocatus ad iudicium, uel spes erat quod uocaretur praesumitur dolosa, & mala fide facta.
- 18 Actus sequens declarat precedentem uoluntatem.
- 19 Instrumentum non continens uerisimilia non probat.
- 20 Pactum insolitum arguit simulationem.
- 21 Assertioni alicuius non est standum, ubi sine ea non ualere actus.
- 22 Negatiua qualiter probetur.
- 23 Ceteris paribus non prodest, sit probata fama, uel non.
- 24 Conclusio Doct. loquentium, an credatur magis testibus affirmantibus, quam negantibus, declaratur.
- 25 Ex quantitate praetij discernitur, an tantum res fuerit empti.
- 26 Testes de auditu faciunt aliquam praesumptionem. Item adminiculatur. 25.
- 27 Testis de ueritate facti iunctus cum alijs de auditu illis adminiculatur ut probent.
- 28 Non probat hoc esse.
- 29 Testes deponentes in specie praeseruntur testibus deponentibus in genere.
- 30 Quod procedit, etiam si testes deponentes in specie sunt duo tantum, & in genere deponentes mille. 31.
- 31 Item habet etiam locum in testibus in specie deponentibus de infamia, qui praeseruntur deponentibus in genere de bona fama. 32.
- 32 Possessio probata pluribus actibus reputatur potentior.
- 33 Sicut & pluribus testibus, ibidem.
- 34 Argumentum à personis ad res ualeat.
- 35 Actus possessionis iure familiaritatis habiti non tribuunt ius possessionis.
- 36 Possessionem clandestinam non tuetur praetor.
- 37 Vbi est statuti decisio, ueterius non est inuestigandum.
- 38 Et inanis est disputatio, ubi est statuti dispositio & decisio. 38.

CONSI-

Auxilium meum à Domino.



In presenti causa, in qua petit Ill. Do. Lucretia Ruperella sibi dari licentiam perficiendi opus iam ceptum super terreno suo sito in Villa Madraria, quod fieri negat Illust. D. Comes Bellifarius Estensis Tassonus, asserens dictum terrenum ad eum non autem ad d. Dominam spectare. Prima consideratione dicendum uidebatur, dictum Comitum ius fouere: patet enim quod titulo permutationis acquisiuit à Leone & Belloncio de Belonciis dictum terrenum confinatum ab uno capite aggerem Vallis, altero uiam de Boariis, uno latere dictam. Illust. Dominam pro iuribus acquisitis à Ioanne Belloncio nuncupato Guafcone, & ab alio latere eandem dominam loco Tosini de Bellonciis, ut in instrumeto in causa producto quod dicitur esse probatio probata, remque notoria facere, ut not. omnes in rub. ff. de oper. no. Dec. conf. 488. col. 1. Ita quod habet uim diffinitionis, ut per Bald. conf. 233. volum. 1. & plenius ponit Roland. à Valle conf. 4. nu. 23. conf. 40. nu. 8. & conf. 96. nu. 7. uolum. 2. talis enim est confinium expressio designat ipsum terrenum, & illud includit, ut per Bald. in rub. C. de contr. emp. q. 2. & in l. insula. ff. de iud. & in de presumitur illud fuisse dictorum Leonis & Bellonciis. Sicut dicitur, quod quicquid est intra fines Comitatus, presumitur esse de Comitatu, ut per Socin. conf. 166. colum. 2. uers. 3. concl. vol. 2. Dec. conf. 517. ad fin. Cra. col. 54. nu. 9. & quicquid est intra confines & terminos territorii dicitur esse territorii, ut ponit Paris de Puteo in tract. de reinteg. feud. in tit. de fini. feud. uers. qualiter probetur. Sicut etiam quod est intra confines iurisdictionis alicuius Domini, presumitur esse de iurisdictione illius Domini, ut dicunt Castrensi. Soc. & Moder. in l. 1. in prin. ff. de acqui. poss. Butri. Abb. & ceteri in c. nimis. de iureiur. Alberi. in l. Imperatores. ff. de ser. rus. pred. Soc. col. 127. volum. 1. Alciat. respon. 175. in princ. unde res pariter illius esse presumitur, cuius sunt fines, ut inquit Corn. conf. 247. nu. 10. vol. 2. Castr. in l. 1. ff. de acqui. poss. cum similibus, per Paris. conf. 27. nu. 13. volum. 1. unde cum predicti de Bellonciis permutauerit dictum terrenum cum dicto Comite, quod est intra dictos confines, presumitur eorum fuisse non autem Illust. Domine Lucretie coherentis illi à duobus lateribus, dominumque dictorum de Bellonciis ex causa dictae permutationis dicitur fuisse translatum in personam d. Comitum. l. 1. §. 1. ff. si cer. petr. l. cum precibus C. eo. l. 4. C. de fund. dot. c. nonnulli. de rebus Eccl. non alienan.

Secundò coadiuari uidetur intentio dicti Comitum ex testibus suis, qui postquam deposederunt de casale dicti Bellonciis, & per eum posseto, ab uno capite padum, alio aggerem Vallis, uno latere superiore dictam Illust. Domine nam pro iuribus acquisitis à dicto Guafcone & ab alio latere inferiore Tosinum de Bellonciis subiungunt, quod possidentes terras intra aggerem padi & aggerem Vallis habuerunt suas (ut dicunt) praelas in Valle incipiendo ab aggerem Vallis, & tenendo usque ad uiam de Boariis pro modo latitudinis dictarum terrarum, à pado usque ad aggerem Vallis. Unde multum uerisimile uidetur pari modo, dictum Belloncium possessorem dicti Casalini intra padum, & aggerem Vallis habuisse tantumdem Vallis pro latitudine dicti Casalini usque ad uiam de Boariis, quod uerisimile multum in probationibus attenditur. Bal. in l. scriptura. C. de fid. inst. D. meus Riminal. conf. 156. col. fin. & ibi concordantes in apost. adduxi, ad quos me refero. Tertiò praefatis accedunt iidem testes, qui deponunt de possessione d. Bellonciis dicti terreni Vallium, ut supra confinari, pacifice usque in tempus dictae permutationis, piscando, in eo ponendo Sacconos (ut dicunt) ad capiendos pisces, & de captis pro libito disponendo, cannas incidendo, bestiasque pascendo, possessio tamen probatur ex fructuum perceptiue. l. Titia. ff. solut. matris. 2. C. de acqui. poss. lib. 1. C. de agr. & cens. lib. 1. praed. Pap. in forma libelli pro turbata poss. uers. hodie numero 7. Bald. in l. indicia. C. de rei uind. And. Sic. conf. 24. col. 4. vol. 4. cum sim. per Menoch. de reti. possel. remed. 3. nu. 564. & de pasculatione bestiarum tradit D. meus Riminal. conf. 219. col. 2. & post eum Menoch. lococitata. nu. 776. & ex praefatis intentio d. Comitum satis fundata uidetur. Quibus tamen non obstantibus, amplector partes Illust. Do. Lucretie, quae mihi ueriores esse videntur, pro qua primò considero, quod ipsa usque de anno 1555. 14. Nouemb. & sic iam per annos 19. acquisiuit à Ioanne Belloncio terram Vallium, de qua contenditur, confinata ab uno capite aggerem Vallis altero capite uiam de Boariis, uno latere desuper dictum Belloncium de Bellonciis, ut in instrumento rogato per Bonignorum, qui titulus cum sit antiquior memorato dicti Comitum anni praesentis 1574. pro ipso tamen uelut antiquiore presumitur, ut uoluit Bald. in q. sua, Accusatus de uirtutibus quem sequitur Do. meus Riminal. conf. 284. in finalibus uerbis, idque plenius confirmat Natta conf. 419. col. si. ubi citans Baldum in allegata sua disputatione, Accusatus col. fin. dicit quod etiam in casibus, in quibus titulus patrocinaretur: puta quia probationes essent pares, tamen non iuuaret, ubi esset quaesitus post possessionem aduersarii, argumento l. si fundam. ff. de fund. dot. quia alias de facili quis supponeret quem

quendam à quo emeret & fingeret se titulo possidere, argumento not. in simili per Doctores in l. cogi. C. de petito. haredi. sequitur Alexan. in l. si de eo. §. fina. ff. de acqui. poss. seif. & conf. 88. colum. 3. volum. 5. unde subdit Natta, quod cum in casu suo quidam Franciscus produceret titulum cessionis iurium ab Aristide, qui proculdubio erat longè posterior possessione Raimudi Clientis ipsius Narrae, sequitur quod tam ipse si titulus, quam ea quae tendunt ad efficaciam ipsius tituli, & ad probandum iura auctoris sui reici debent, quia in tali iudicio possessorio nihil profunt iuxta not. in l. fed. & si possessori. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & in l. ad probationem. C. de proba. etenim remoto fundamento cessionis reliqua quae adducebantur in eo casu ad ostendendum dominium d. Aristidis nihil iuuabant dictum Franciscum, etiam quod ageret per titorio, cum tamen opponeret de iure tertii, nihil ad eum spectante, iuxta not. in l. 2. ff. de exceptio. rei iud. & in l. cum seruum. C. de ser. fugi. Sic igitur dici debet in casu nostro, quod titulus permutationis allegatus per dictum Comitum quaesitus fuerit post possessorem Illust. Do. Lucretie loci, de quo agitur. Nam sui testes dicunt, quod à die suae acquisitionis de anno 1555. citra uiderunt pluries sgarbari cannas, & pauerias in dicto loco ad instantiam dictae Dominae, quo facilius aqua deflueret ad suum molendinum, & vnus etiam sgarbavit & fecit cannas de licentia Factorum suorum, duo uero alii plantarunt plantas in dicto loco in principio anni praesentis, tempore quo plantantur nomine dictae Dominae, ipse uero Comes acquisiuit titulo permutationis hoc anno 7. Aug. & sic post praedicta, merito titulus suus sibi suffragari non debet vilo modo. Confirmantur praedicta, nam ante dictam acquisitionem titulo permutationis dicti Comitum Illust. domina Lucretia cepisset facere fodi quendam aqueductum, ut aquae per eum fluerent ad molendinum suum, & ipse Comes expelli fecisset operarios, ipsaque Domina recursum fecisset ad Excellentissimum Do. Ducem, ipse Comes procurauit habere titulum praedictum permutationis à dictis Leone & Belloncio, probantur haec ex precibus ipsius Illust. Dominae, in quibus narrat impedimentum factum suis operariis diebus elapsis per homines armatos dicti Comitum, & rescriptum dictis precibus annotatum reperitur 20. Augusti uero permutationis est sub die 7. dicti mensis post dictum recursum factum ad Principem, & paulo ante expeditionem supplicationis dictae Dominae, cuius expeditioni nonnulli dies interpositi fuerunt, ut bene nouit Clarissimus Do. Leonius, cui causa commissa fuit de uoluntate partium, ut in rescripto dicitur, quo stante succedit, quod egregie dicunt Odores & Bal. in l. quorones. C. de rei uind. colum. si.

15 quod postquam quis est uocatus ad iudicium vel spes erat, quod uocaretur, presumitur quod emptio sit dolosa, & mala fide facta, & ideo non patrocinatur emptori, quod Bald. dicit esse notandum, latiusque sequitur in apostri. And. Sicul. & idem ponit Ang. in l. si quis qui. ff. de acqui. ren. hared. & Natta conf. 16. col. 1. dicentes, quod qui timens conueniri petitione hereditatis acquisiuit titulum ab eo, qui nullum ius habet in re, ut euitaret litem, talis titulus presumitur in fraudem quaesitus, & simulatus, & illi non prodest. Sed cui dubium, quod si Illust. D. Lucretia impedita per Comitum recurserat ad Principem, petens sibi decerni iudicem, qui deberet cognoscere, & terminare circa narrata, spes erat, quod ipse timere deberet se conueniri? Certè nullus, idque lis statim secuta tamen per eam incepra declarauit. S. Pauonum, insti. de rerum diui. Bar. in l. cetera. §. fina. ff. de leg. 1. Dec. conf. 336. in prin. merito titulus suus ueluti ualde suspectus ei suffragari non debet, nec potest, quod tamen sit dictum citra iniuriam, sicut & istud, quod quoties instrumentum non continet uerisimilia non probat, sed suspectum redditur. Bald. in l. scripturae. circa mediū. C. de fide inst. Abb. conf. 99. in si. vol. 1. Cur. iun. conf. 17. col. secunda, & consilio 178. columna secunda, Crauet. consilio 28. in principio, & consilio 75. numero 20. Sed uerisimile non uidetur, dictum Comitum uoluisse acquirere dictam uallem mediantem inter Illust. D. Lucretiam ab utroque latere, sicut nec illud, quod uoluerit in permutationem dare dicto Belloncio tantam quantitatem terreni ipsius Comitum in eo priori ac praedicto Belloncio commodiori loco locorum ipsius Comitum per dictum Belloncium & eius arbitrio eligendum, pactum enim insolitum arguit simulationem, ut per clem. primam. S. ceterum, quaestione 3. de uisur. Natta conf. 670. nu. 10. Nec assertioni partium standum uideretur, de qua in prin. d. instrumenti, 9. anno elapsi d. Bellonciis promiserint permutare &c. quoniam cum liberè id facere non potuerint, nec sine dicta assertionem factum ualeat, ut ex praedictis patet, assertioni suae non esset deferendum, secundum Bar. per illum tex. in l. si forte ff. de cast. pec. Doc. omnes, ubi Dec. D. meus Ri. & alii in l. si donat. C. de colla. cum sim. Nec huic conclusioni sic firmatè pro praedicta Ill. D. repugnat unum, quod dicunt testes ipsius Comitum, uidelicet quod Belloncius de Bellonciis nunquam tenuit aliquas terras ualliuas confinantes à latere superiore cum terrenis ualliuis uenditis per Ioannem dictum Guafconem Illustri Do. Lucretie, nec eas tenere potuisset, quin ipsi testes uiderent aut intellexissent uelut habitantes in villa Madraria, quo modo negatiua probari dicitur, ut per Ang. in §. hinc nobis. in auct. de haredibus & falcid. quem sequitur Dec. consilio 94. in fine, consilio 101. Hipp. Rimi. T. Secundus. Xx col.

columna finali, & consilio 177. volumine secundo, Ripa in capitulo cum ecclesia Sutrina numero 88. de causa possess. & proprie. ex quibus impugnatu videtur velut erroneum instrumentum Bonsignorii, dans pro confine à latere superiori dictum Belloncium terræ Valliæ acquisite per dictam dominam, à dicto Guascone. Nam respondetur ad hoc, quod per testes ipsius Illustr. Domini defenditur eius instrumentum passim dicentes, à latere superiori dicti terreni Valliæ acquisite per eam à dicto Guascone confinasse dictum Belloncium. Vnde succedit, quod concludit Bald. in l. 1. r. 21 quæst. 5. C. de testa. quod ceteris paribus si nihil prodest, sit probata fama vel non, & sic affirmatiue, vel negatiue: quia testes sibi inuicem obstant. Vnde remanet instrumentum Illu. D. Lucretiæ cum dicto confine Belloncii: quoniam testes contrarii super eo tolluntur à testibus ipsius Dominae, resque remanet in hoc, perinde ac si nulli testes hinc inde fuissent examinati.

Secundò dico, quod doctores disputantes

22. an credatur magis testibus affirmantibus quam negantibus, vt Bar. & alii in l. quem proferrè. §. si plures. ff. de recep. arb. Bal. in l. cum. hi. §. nihil. col. si. ff. de transf. inf. consil. 81. vol. 3. Fel. in c. in nostra. de testib. loquuntur quando vtrinque sunt tantum testes contrarii, & sic paria sunt probationum monumenta, sed ubi vnum aliquid additur alteri parti, tunc facit alterum alteri preponderare, vt inquit Bal. in l. si duo patroni. post glo. ff. de iur. iur. & in c. 1. §. si duo. de pac. re. reducitur enim tunc paritas ad imparitatem per aliquod additum ad alterum extremum, vt notab. inquit Io. Monac. in c. duobus. de rescr. in 6. quem refert & sequitur Andr. Sic. consil. 25. col. 3. volum. 4. & ita concludit Natta consil. 572. nu. 13. sed in casu nostro testibus Illu. D. Lucretiæ deponentibus à latere superiori confinasse Belloncium terræ Valliæ quæ sita per eam à Guascone adiungitur instrumentum ipsius acquisitionis idè confirmans, ergo talis probatio per testes & instrumentum debet preponderare.

Tertiò tanto magis prædicta procedunt, quò nullo modo verisimile videtur esse, quò Belloncium habuerit vallem mediantem inter Illustr. D. Lucretiam & Tusinum: quoniam in instrumento Bonsignorii terra vallitè vendita dictæ Dominae per Guasconem conuenta fuit nõ esse minoris quantitatis modiorum 7. quæ quantitas sine dubio non verificaretur ponendo in teimedium Belloncium pro tanta latitudine Vallis ab aggerem illius vsque ad viam de Boariis, cuius erat Casale, quod tenebat intra padum & aggerem Vallis. Hinc ergo dici debet, terram Valliæ venditam per dictum Guasconem, & filios dictæ Illustr. Dominae se dilataste vsque ad locum Tosini, sicut ipse bene certus se ipsum pro confine voca-

uit à latere inferiori, licet dolo vel erroneè miscuerit dictum Belloncium, quod etiam manifestè magis deprehenditur ex instrumento venditionis suæ terræ Valliæ, quam fecit. d. Illustr. Domini dictus Tusinus anno præfenti 19. Febru. vbi dat ab utroque latere pro confine ipsam Illustr. Domina, & sic à latere superiori comprehendit totam terram valliuam, de qua contenditur, vti terram ipsius Illustr. Dominae, vt est uerè, velut acquisitam à dicto Guascone, nec vllam facit mentionem de Belloncio, à latere verò inferiori uocat eandem mediante conducto suo aquarum veteri ad suum molendinum, & & sub vi iuramenti sic asseruit, ut in fine instrumenti. Sicut enim ex quantitate præfenti 23. cii. si discernitur, an tota res fuerit uendita vel pars tantum l. prima, §. primo, iuncta glo. ff. de superfic. Socinus consilio 98. numero festimo. Parisius consilio 64. numero 44. volumine primo, Do. Hieron. de Mont. in tractatu fini. regundorum capitulo 95. columna secunda, & tertia, pariter in casu nostro ex quantitate vallis tot modiorum in instrumento memorata deprehenditur, Belloncium non potuisse intra illud corpus Vallis esse positum.

Quartò coadiuantur prædicta: quoniam primus testis Illustr. Dominae deponit auum Belloncii pignori recepisse à patre dicti Guasconi pro libris 40. unã petiam terræ sine valle iuxta uno capite padum, alio aggerem Vallis, ab vno latere de super foueâ Clauicæ Belloncii, & alio patrem Tusini, & ipsius testis, idemque deponit sextus testis. & etiam secundus de sola terra sine Valle deponit, licet nesciat, an iure pignoris vel alia via concessa fuerit, qui testes licet de auditu deponant, faciunt aliquam præsumptionem, vt voluit Archid. in c. hoc uidetur 22. quæstione quinta, quem sequitur Castr. consilio 18. in causa, quæ uertitur Parma. Alexand. consilio 77. columna prima, volumine 1. Curt. consilio 70. columna tertia, & in repetitio. l. admonendi, ff. de iur. iur. qui testes si adminiculatur intentioni Illustr. Do. Lucretiæ, vt per Archid. loco citato & iuncti cum aliis testibus adiuuant eorum dicta, ut scribit Natta consil. 170. colum. 2. quod uerificatur in casu nostro: nam primus ex eis dicitur fuisse præsentem, quando pater Guasconi ueniens ad mortem uocauit patrem ipsius testis, & ei dixit, quod si uolebat reluere dictam terram pignori datam auo prædicto Belloncii contentus erat, & ille recusauit.

26. hic enim testis de ueritate facti si iunctus cum aliis de auditu illis adminiculatur, ut probent, secundum Innocentium in capitulo præterea. de testibus Baldus in marg. uerbo testis. & Socinus iunior consil. 135. columna finali, volumine secundo: tantòque magis nam cum primus ille testis dicat, quò pignori

data

data fuit auo Belloncii. d. terra pro lib. 40. bene verisimile est, non fuisse comprehensam Vallem tot modiorum septem, ultra testes, qui hoc dicunt, cum nimis exiguum fuisset dare terram Casalis & Vallè pro sic modica summa, quam Ill. D. Lucretia acquisiuit pro 72. & fol. 52. vt in instrumento Bonsignorii, & hinc verificatur illi testes Ill. Domini Lucretiæ, qui dixerunt, dictum Belloncium non habuisse ius in dicta Valle. Ex prædictis igitur satis superque constat sublatum esse fundamentum illud, quò Belloncium non confinauerit à latere superiori cum terreno acquisito per Ill. D. Lucretiam, à dicto Guascone, quamquam nec inde sequitur concludenter, quòd ille confinauerit ab alio latere inferiori cum d. terreno Valliæ: quia nõ

27. probat hoc esse. l. neque naturales. C. de prob. l. non hoc. C. vnde leg. cum vulga. & quæ ad id probandum proposita fuerit sublata remanet ex supra deductis.

Et ulterius magis particulariter eis respondè

28. do circa primum, quòd quicquid est intra confines, præsumitur esse de iuribus rei confinatae, dicitur id esse verum in dubio, nec alio in contrarium constante, at secus quando reuocatur in controuersia res ipsa confinata, negando disponentem in ea ius habuisse, prout in casu nostro Leonem & Belloncium, stante titulo seniori Ill. D. Lucretiæ, vt per Bal. in illa sua disputatione, Accusatus. Do. meum Rimi. consil. 282. in fi. & Nattam consil. 419. col. si. quibus addo pariter Claudium Marmerium in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 93. ff. de acqui. poss. Bero. in c. licet causam n. 55. vers. amplia, & nu. 57. vers. septima conclusio. cum similibus, quos adducit Menoch. de reti. poss. remedio 3. nu. 736.

29. pro quo si titulo seniori præsumitur aduersus iuniorum secundum eos: quia vna præsumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de rest. in inte. l. non solù ff. de rit. nup. c. similibus per Craue. consil. 145. nu. 11. Do. meus Rimi. consil. 93. nu. 33. Cor. cõf. 130. nu. 21. vol. 1.

Ad secundum verò respondetur, quòd illi testes locuti sunt secundum quandam regulam generalem, quòd possidentes terras intra padum & aggerem Vallis habuerint tantundem Vallis pro latitudine d. terrarum vsque ad viam de Boariis, sed ab hac generalitate fuit exceptuatus Belloncium, cum Casale si bi tantum sine Valle concessum fuerit iure pignoris, vel alio iure. prout dicunt in specie testes ipsius Do. Lucretiæ, qui præualere debent

30. illis deponentibus in genere, iux. doctrinã Innoc. & aliorum in c. auditis. de præscr. D. meus Rimi. cõf. 431. col. si. & ibi in addi. meis. Natta consil. 572. nu. 10. & per eundem consil. 362. n. 13. post Alberi. in l. turpia. ff. de leg. 1. qui ampliat

31. id procedere, si sint duo testes in specie deponentes, quò præferantur mille deponentibus in genere. Hinc & videmus, quò testes deponentes de bona fama in genere nõ tollunt infamiam

resultantem ex specialibus delictis confessatis vt per Marfil. in l. de minore. §. plurium, nu. 92. ff. de quæst. conf. 3. nu. 22. Alex. consil. 77. nu. 4. vol. 1. repet. consil. 62. vol. 3. cum simil. per Senat. Pedem. decif. 79. nu. 54. quia generi per speciem derogatur. c. generi. de reg. iu. in 6.

Ad tertium de possessione Belloncii. d. terræ valliuæ, certè mirum videtur, quomodo testes illi audeant hoc dicere, cum testes Ill. D. dicant, Guasconè & fratres semper eam possedit se, vsque ad venditionem factam d. D. facièdo Casonum, & in eo stando, facièdo Cannam, & inde pezzolaros, & arellas, ponèdo sacconos pro capiendis piscibus, bestias pascuando, scapando salices & arbores, & ligna domum suam conducendo, deinde verò Ill. Domina Lucretia post acquisitionem sgarbado, & arbores plãtando, à regione Casallis d. Belloncii in aggerem Vallis vsq; ad confinem Tosini, prout iactus

33. testes dictæ Dominae deponunt, quibus si tot actibus, & longè pluribus quam ex aduerso, possessio probata ad fauorem eius Ill. Domini Lucretiæ debet potentior censerì: sicut enim pluribus testibus probata potentior iudicatur, ut scribit Dominus meus Riminal. consil. 350. nu. 12. & ibi dixi post Afflictum decif. 363. nu. 2. pari modo probata per plures actus potentior censerì debet probata per pauciores, arguendo de personis ad res, si siue actus. l. qui fure

34. re, & ibi Alberic. & Bal. ff. de sta. ho. l. si quis in quilinos. §. si ita legatum. ff. de leg. 1. Glo. in l. cum quid. ff. si cer. pet. Castr. consil. 224. circa primum quæsitum. in antiq. & Euerar. in centuria sua. loco, à persona ad res. Secundò dico, quòd cum non constet de aliquo titulo Belloncii respectu d. terræ valliuæ, maximè cum testes Illustr. Dominae Lucretiæ dicant, quòd auus eius habuerit Casale tantum sine valle à patre Guasconi, sequitur, quòd si quos actus possessorios fecit, iure familiaritatis fecisse præsumatur, qui si ius possessionis nõ tribuit l. qui iure familiaritatis, & ibi tradunt Imol. & Alex. ff. de acqui. poss. Natta consil. 502. nu. 20. seu clandestinè, quam possessionem si clandestinam prætor non tueretur, sicut nec violentam. l. 1. in principio. & §. fin. cum leg. seq. ff. vt possi. l. vnica. C. eo. Natta consil. 568. nu. 8. & vt in summa dicunt aliqui testes Illustr. Domini Lucretiæ, prout sepe faciunt pascuantes, & euntes in terras alienas, qui in eis nullum ius habent.

Postremò nõ prætereo, quò Ill. D. Lucretia præter licetiam vt supra petitam, quæ certè sibi cõcedi debet, intentauit & aliud remedium, casu quo superius non competeret, videlicet, quòd dictus Comes teneatur ei uedere vel permutare dictam vallem, cum non ascendat ad quantitatem star. 20. & ei confinènt ipsa Domina à duabus lateribus & uia, offerens separatam obseruare omnia & singula contenta in statuto de cambio, & permuta. quod ita

... dare disponit, merito hæc petitio difficultatē nō habet. nām cum statuti prædicti determina-
37 tionē t̄ habeamus, vlt̄erius nō est inuelligādū,
vt per Bald. in l. Gallus. §. si eius. 2. notab. ff. de
lib. & post. Dec. conf. 488. col. 1. cōfi. 563. nu. 7.
Marf. cōf. 131. nu. 20. & cōfi. 133. nu. 18. Ina-
38 nis enim t̄ est disputatio, vbi est statuti disp. &
decisio. Cor. cōf. 109. in fi. vol. 1. Ceph. cōf. 188.
n. 20. & ita quocumq; modo debet hæc Illustr.
Domi. velut fouēs in præsentī causā obtinere.

Hippoly. Rimin. Ferrar.

Pro Magnifico & Clarissimo Iurifcon-
sulto D. Federico Copellato Serenif-
simi Ducis Ferrariæ Consiliario Iu-
stitiæ dignissimo.

ARGUMENTVM.

Hæc verba in substitutione posita, si aliquis ex di-
ctis filiis meis decederet absq; filiis masculis
legitimis, vel postea quādo cūq; decederit,
quid importent. Filius grauat̄ sub conditio-
ne duas quartas detrahēre pōt, legitimā, scilicet,
& trebellianicam, idq; procedit, quāuis
legitima sit semis. In æstimanāda legitima habe-
tur ratio valoris bonorum tempore mortis pa-
tris, non aut̄ tempore quo detrahitur legitima

S V M M A R I V M.

- 1 Dicitio, vel, est desunctiua propria & simplex.
- 2 Superflua sunt rescanda.
- 3 Superfluis actibus non est vtendum.
- 4 Vbi præceptum est superfluum, pœna non committitur, si ei non pareatur.
- 5 Clausula non solam, sed etiam minimum verbum non debent esse sine virtute operandi.
- 6 Potest quis notari de insufficientia.
- 7 Oratio imperfecta suppletur ex præcedenti cum quali casibus suis.
- 8 Substitutio facta filio si decederit, intelligitur si decederit sine filiis.
- 9 Desunctiua posita inter personas, inter quas cadit ordinata affectio, non resoluitur in coniunctam.
- 10 Vbi filio præcedenti testator substituit alios filios superstitēs, vel eorum liberos, veniunt ordine successiuo nepotes post filios.
- 11 Hæc verba, si aliquis ex filiis meis decederet absq; filiis masculis, denotant substitutionē cōpēndiosam.
- 12 Semper quis potest mori.
- 13 Declaratur Bari. in l. Centurio col. 10. ver. 2. oppono ff. de vulg.
- 14 Cōpēndiosa substitutio vnde dicitur.
- 15 Verb. succedat, est verbum commune.
- 16 Filij sub condicione grauat̄ duas quartas detrahēre possunt, legitimam scilicet & trebellianicam. Cuius ratio habetur nu. 20.
Que due quarta faciūt dimidiā hereditatis. 17.

- Et hæc opinio ex generali consuetudine per totum Mundum seruatur. 18.
- Et adeo vera est, vt procedat etiā quando legitima est semis, propter numerum liberorum.
Contra Bal. nu. 19. & seqq. vbi com.
- 21 Alex. cōfi. 68. aliar 65. circa præmissa, vol. 4. emendatur.
- 22 Filius institutus sub condicione potest testari de legitima & trebell.
- 23 Si ex filio sunt duo nepotes, & ex altero vnus tantum vnus habet dimidiā & duo tantundem.
- 24 Sequentia declarant præcedentia.
- 25 In detrahenda legitima debet inspicere valor bonorū existens tempore, quo detrahitur, non autem tempore mortis testatoris, & sic augmentum debet cedere commodo filiorum petentium legitimam.
Sed contraria pluribus autoritatibus, rationibus ac legibus suffulta est, & crebrius per scribentes recepta, nu. 31. & seq. ac nu. 58. & seq.
Pluresq; pro hac sententia referuntur. rationes num. 33. & seqq. & de hac per totū consi. inferius habetur.
- 26 Filius grauat̄ potest alienare vsq; ad legitimā & in alienatis eam eligere.
Sed quando & qualiter procedat, nu. 70. & seqq.
- 27 Si vxor fuerit instituta & grauat̄ pauperibus dare, quicquid de fructibus sibi supererit vltra victū adendum videtur deduxisse dotem suam. & ideo eius fructus non tenetur pauperibus dare.
Declaratur nu. 75. & seqq.
- 28 In legitima inspicitur quantitas bonorum tempore mortis, sed qualitas eorū tempore quo petitur, sed dic vt infra nu. 82. & seqq.
- 29 Si Pater in vita legitimam filie assignauit tunc facultatibus æquivalentē, que postea fuerit aucta, pōt eo mortuo petere supplementū rerū augmenti.
Ratio habetur nu. 85.
Sed plures contrariū tenuerunt, quorū opinio cōis, & æquior est nu. 86. & limitatur prior nu. 87.
- 30 In cōsiderāda falcidia heredi debita de legatis corpora in bonis desuncti existentia æstimāda sunt secundum præsens pretium, non autem præteritum.
- 31 In æstimanda legitima periti antiqui eligēdi sunt.
- 32 Ratio, cur augmentū superueniēs post mortē, quod habuit originē in vita, legatario prodest, vt augeatur legatum, non autē filio vt augeatur legitima.
- 33 Legitima quid sit.
- 34 Legitima licet non agnita per filium transmittitur ad quoscunq; eius heredes.
- 35 Que conditionalia sunt non agnita per filios non transmittuntur ad suos heredes, scdm cōem opionē.
- 36 Augmētum cōtingens in bonis dicitur conditionale.
- 37 Augmētū cedit heredi cōmodo t̄ detractionē falcidiæ.
- 38 Text. in l. etiam. §. si. & in l. si patronum ex debita §. si. ff. de bon. lib. in d. c. in l. sal. qui reputatur aduer-
sari. Reijciatur responsio Betran. cōf. 141. vol. 2. priorum ad illa iura 43.
Item consuetur responsio cuiusdam Doct. ad prædicta iura, ibidem & nu. seq.
- 39 Legitima detrahitur contra voluntatem desuncti secundū opionē cōem, ideoq; odiosa reputatur, ibidē.
Tex. in l. serui, qui. ff. ad l. falc. qui reputatur aduer-
sari.

- sari. l. si patronum ex debita. §. si. ff. de bon. lib. declaratur & nu. 51. 53. & seqq.
- Damnatur ad illa iura filio l. in autē. nouissima col. 2. C. de inoffic. testa. 46. & seqq.
- Itē Corasii l. filii quē habet C. fam. l. eriscum. 49.
- Itē Alex. in l. rōne, col. si. circa prin. C. ad l. falc. 52.
- Opin. etiā glo. in d. l. si patronū ex debita. §. si. ff. de bō. lib. circa text. in d. l. serui qui, reprehēditur. 50.
- 47 Falcidia detrahatur contra mentem testatoris.
- 48 Sal. l. scimus. §. repletionē, ad si. C. de iof. infideliter refertur à l. si d. autē. nouissima, col. 2. C. de ino. test.
- 54 Testamentum conferuari fauorabile est, & subuertit odiosum.
- 55 Facilius quid modificatur, quā tollatur.
- 56 Testadi facultas in totū tolli nō pōt, sed restringitur Donatio omnium bonorū presentium & futurorum non valet, quia tollit liberam facultatem testandi, que opin. communis est, ibidem.
Fallit si fiat donatio omnium bonorū simpliciter. 57
Item reseruatō vsufructū, ibidem.
- 58 Communis opin. illa dicitur, que plurium DD. auctoritate inuatur, seu qua habet plures DD.
- 60 Corn. cōfi. 265. vol. 1. damnatur. & 67.
- 61 Filius in vita patris nullum ius, nec spem probabilem habet in legitima.
- 62 Si Pater alienaret bona sua vendendo, modo non in fraudem filij, nec tunc, nec eo mortuo filius quicquam dicere pōt respectū legitimæ.
- 63 Bona patris non releuant filium à satisfactiōne, de qua in l. sciendum. ff. qui. fatisd. cogantur.
- 64 Mortuo patre si que nouiter obuēiat hereditati quibus augeatur, non cōsideratur ad fauorē legitimæ.
- 65 Tempus limitatum alterius temporis non recipit functionem.
- 66 In rebus limitatis non habet locum incrementum.
- 68 Bertradi ratio in d. cōf. 141. vol. 2. priorū, cōsuetur.
- 69 L. cum queritur. C. de inoffic. test. quō intelligatur.
- 71 Vigilantibus iura subueniunt.
- 72 Negligentibus non subuenitur à iure.
- 73 Mora semper nocet.
- 74 An fideicommissarius recuperare possit partem rei alienatæ per filium pendente condicione fideicommissi.
- 76 Quis de suis, non autem de alienis, testari debet.
- 77 Legitima filij est incerta.
- 78 Bona dicuntur deducto ære alieno.
- 79 Filius non potest propria auctoritate occupare pro legitima possessionem alicuius rei.
- 80 Filius non potest expresse suam legitimam deducere vnā rem sibi seligendo secundū cōmunem opin.
- 81 Sub dispositione alicuius non venit actus, quod non potuisset ab eo in specie disponi.
- 84 Bal. cōf. 20. vol. 2. in antiq. scip. si pecunia, taxatur.
- 88 Intellectus ad text. in l. in l. falcidia. §. corpora. ff. ad l. falc.

CONSILIVM. CCXXVII.

Auxilium meum à Domino.

Magnificus olim Do. Io. Marius Copellatus nobilis Placentinus quatuor habens filios masculos, Marcum, Alexandrum, Paulum &

Andream, & duas filias, Ioannam & Elisabetam; filijs masculis heredibus institutis, feminis verò dotariis subiunxit, quod si aliquis ex dictis filiis meis decederet absq; filiis masculis legitimis, vel postea quādo cūq; decederit, ipse sic decedenti volo quod alij superstitēs succedant, seu eorum filij masculi legitimi. Mortuo testatore decesserunt Marcus & Alexander sine filijs masculis, qui excluso Magnifico D. Federico filio D. Pauli prædesuncti Iurifcon. Clarissimo, & Serenissimi Ducis Ferrariæ Consiliario iusticia meritissimo, instituerunt dominum Marcellum, & Ioan. Marium filios Andree memorati. Queritur, an prædictus D. Federicus aliquid iuris prætereundere possit in quotis dictorum Marci & Alexandri.

Sed in primis explicandus est sensus illorum verborum, Si aliquis ex dictis filiis meis decederet absq; filiis masculis legitimis, vel postea quādo cūq; decederit. Cum enim dictio t̄ vel, sit disunctiua propria & simplex, id est, quæ tam sensum, quā verba disiungit, vt docet Barto. in l. si quis ita, ff. de auro & argent. lega. per text. in l. pediculus. §. argento. eod. titu. ibi, argento potorio, vel escario, & in l. cum quidam. in princ. C. de verbo. significa. sequitur, quod illa verba, quod si aliquis ex filiis meis decederit absq; filiis masculis legitimis, vt in sensu differant & disiungantur ab illis sequentibus, vel postea quādo cūq; decederit. intelligenda sint de morientibus viuo testatore, quoniam sequentia clarè denotant morientes post eius mortem, quod vlt̄erius duplici ratione corroboro.

Prior est, nā si caperentur pro morituris mortuo testatore, sequentia superuacanea redderentur, velut idem statim reperentia, quod dici non debet: nam superflua t̄ rescanda sunt. Gloss. in capit. legebatur. de maioriore & obedientia, citans ad hoc plura iura Corn. con filio 98. numero quinto, volumine tertio, vnde dicitur, quod superfluis t̄ actibus vt non debemus. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. caue. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procura. & bonus tex. in capitulo secundo, de probatio. vbi consuetudo introducens superflua remedia velut irrationabilis reprobat̄ à Summo Pontifice, nec valet, vt ibi dicitur. & addit Bald. in l. 1. sexta opposit. C. de his que pœnæ nomi. quod vbi præceptum t̄ est superfluum, pœna non committitur, si ei non pareatur, sequitur Natta consilio 338. numero septimo, hinc idem Bal. in rub. C. de contrah. emp. q. 9. dixit eleganter, nedum t̄ clausulas, sed etiam minimum verbum non debere esse sine virtute aliquid operandi. sequitur Dec. consil. 47. latē in c. pastoralis. in prin. de appel. & D. meus Rimi. cōfi. 388. nu. 33.

Secunda est ratio: quādo testator in uno tm casu prouidisset, filiorum scilicet morientium se mortuo, nō etiā se viuo, sicq; t̄ de insufficientia

notari potuisset, ut per Scyolam in l. Gallus. §. quidam recte. cum sequenti. & ibi not. ff. de liber. & posthu.

Secundò, consideranda sunt illa verba, *vel postea quadounque decesserit*, quæ cum sint imperfecta respectu personæ decedentis, suppleri debent ex illis præcedentibus, si aliquis ex filiis meis, cum illa qualitate absque filiis masculis legitimis, nam ubi sequitur oratio \dagger imperfecta suppletur ex præcedenti cum qualitatibus suis, ut tradit Barto. in l. in repetendis, ff. de legat. tertio, & in l. Seæ. §. Gaius, ff. de fund. instru. Gozadi. consilio decimonono, nume. 13. Vnde sensus esse debet, vel aliquis ex dictis filiis meis postea quadounque decesserit absque filiis masculis legitimis, tantòque magis hæc interpretatio fieri debet, quòd etiam sine suppletionem prædicta \dagger substitutio facta filio si decesserit, intelligitur si decesserit sine filiis. l. cum auus. ff. de conditio. & demonstra. l. cum acutissimi, C. de fideicom. Goza. consil. 4. nu. 15.

Tertiò, considerandum est super sequentibus verbis, *ipsi sic decedenti volo quòd alij superstiti res succedant, seu eorum filij masculi legitimi*, quòd dicta uerba alternatiua, alij superstiti succedant, seu eorum filii, ueniunt ordinem successiuo intelligenda in hunc modum, ut in defectum aliorum filiorum filii eorum succedant. l. cum pater, §. pen. ff. de lega. secundò, & ibi Bart. notat, dicens quòd \dagger disunctiua posita inter personas, inter quas cadit ordinata affectio, nõ resoluitur in coniunctam. idemque dicit Barto. in l. penul. C. de verb. signific. & in l. Gallus. §. quidam recte, col. 2. ff. de liber. & posthu. & ibi sequuntur Ange. & Doct. præsertim Castr. col. fina. ver. item quando vocatur per disunctiuam vel. Cuma. consil. 106. ubi si testator filio instituto quadounque decedenti substituit proprias eius filias vel filios eorum, pro constanti præsupponit, quòd post filias eorum filii admittantur secundum ordinem charitatis. Idemque pulcrè tradit in terminis nostris Alex. consil. 29. viso testamento Albertini, colum. 1. vol. 2. ubi \dagger concludit, quòd quando filio præcedenti \dagger testator substituit alios filios superstiti, uel eorum liberos, ueniunt ordine successiuo nepotes post filios, licet extantibus filiis nepotes interim excludantur. Idemque concludit eleganter Corn. consil. 200. circa præsentem, consilium prima, volumine secundo, dicens quòd ubi fuit facta substitutio alternatiua de aliquo, aut eius filiis, si cum ordine literæ concurrat insuper ordo charitatis, intelliguntur inuitati ordine successiuo, idest, quòd ultimo nominati ueniant primis deficientibus, & cum prædictis ad unguem concordat Dec. consilio 95. columna prima & secunda, Soc. consilio 113. columna penultima, volumine primo, Ripa in l. hæredes mei. §. finali, numero octauo, ff. ad trebellia. & Socin. iun. consilio 100. numero 33.

volum. 3. qui omnes in hoc conueniunt, licet an filii filiorum per vulgarem duntaxat admittantur, hoc est, si filii non potuerint, uel noluerunt succedere, uel etiam per fideicommissum, hoc est, quòd postquam fuerint admiffi, censeantur grauati per fideicommissum eis restituere, quæ disputatio non est in casu nostro necessaria, ut nunc statim sum dicturus.

Quartò igitur consideranda sunt illa verba, *si aliquis \dagger ex filiis meis decederet absque filiis masculis legitimis*. Nam cum fiat in eis mentio mortis, licet simpliciter, hoc est, sine verbo quadounque, denotant substitutionem compendiosam, ut tenet Glo. Fulg. Castr. Alex. Dec. Do. meus Riminal. & omnes in l. in testamento. C. de test. mil. Soc. in allegato consil. 113. col. 3. vol. 1. Rip. in l. cetero. nu. 150. in ff. de liber. & post. Paris. consil. 73. nu. 3. consil. 93. nu. 4. vol. 2. Rui. consil. 158. nu. 15. vol. 2. Cur. iun. consil. 86. col. 2. consil. 172. in prin. Soc. iun. consil. 180. nu. 20. vol. 2. cum enim (ut ipsi dicunt) semper \dagger quis mori possit l. 1. ff. de conditio. & demonstratio. l. senatus, §. mortis. ff. de donatio. causa mort. etiam si conditio mortis sit apposta in testamento, factis uidetur completi plura tempora. & ideo, quòd tradit Barto. \dagger in l. Centurio, colum. decima, versicu. secundò oppono, ff. de vulg. de verbo quadounque, uidetur procedere quoad maiorem declarationem, & sine dubio, prout ipse dicit, non autem quòd non sit idem, licet conditio mortis simpliciter fuerit apposta, sicque declarat Decius consil. 227. colum. secunda. & ego sequor in l. præcibus, numero 317. C. de impube. & aliis substitutionibus. sed ex abundanti quoque reperitur adiectum illud uerbum dum subiunxit testator, *vel postea quadounque decesserit*.

Quintò perpendio, quòd compendiosè sic dicitur: quia \dagger sub compendio uerborum plures sub se continet substitutiones, pupillarem factam pupillo morienti, fideicommissariam sibi uel alteri post aditam hereditatem morienti, vulgarem non aditam hereditate, ut tradit Barto. in d. l. Centurio, colum. secunda. & ceteri post eum, sicut & in d. l. præcibus. ubi dixi nu. 306. tantoque magis in casu nostro debet contineri fideicommissaria, cum sit facta per uerbum succedat, ibi, *quòd alij superstiti res succedant, seu eorum filij masculi*, \dagger quòd est uerbum commune, l. restituta. §. fin. ff. ad trebell. Ange. consil. 81. Domina Maria. colum. 1. Roma. consil. 185. Alexan. consil. 68. in princip. volu. 4. cum similibus, per Bar. & Doctores in dicta l. Centurio, ubi Rip. nume. 192. inferens ex hoc, quòd si testator dixerit, facio Gajum successorem meum, dicitur substitutus per uerbum commune, & consequenter tam directò, quam per fideicommissum. Idemque prior eo tenet Ang. consil. 307. & latius Natta consil. 551. col. 2.

Sic igitur diligenter, & sigillatim declaratis uerbis dñi testatoris, ex iis ad casum nrum deueniens dico,

2 cum

cum Dominus Marcus & Alexander decesserint sine filiis præmortuis Paulo & Andræa dominus Federicus, Marcellus & Ioannes Marius illorum filii successerunt illis, uel ex vulgari, si non adiuerint, uel ex fideicommissaria, si adiuerint hereditatem paternam, quòd uerius puto, quare non potuerunt Marcus & Alex. instituendo filios Andræa prorsus excludere D. Federicum, quin ratam suam consequatur ex d. fideicommissio.

Solus superest labor perscrutari, quanta sit, in quo præmitto illud protritum, filios \dagger sub conditione grauatos duas quartas detrahere posse, legitimam scilicet & trebellianicam, secundum opi. Canonistarum in c. Raynuius. de testamento. in capitulo si pater. eodem titulo libro sexto, quæ approbata est in iudiciis & scolis, ut inquit Angelus in l. cohæredi. §. cum filia, ff. de vulg. latè Alexander in l. in ratione. §. quòd vulgò. ff. ad l. falcidiam, pluresque cumulat Dec. consilio 202. numero septimo, consilio 203. columna secunda, dicens, quòd \dagger faciunt \dagger dimidia hereditatis, ut etiam ponit consilio 228. columna finali, latius Cra. consilio 50. & abundè Cagnol. in l. Papinianus. §. meminisse, numero decimo, ff. de inoff. ficio testamento, dicens, quòd \dagger ex generali consuetudine per totum mundum seruatur. idemque latè firmat Socinus iunior, consilio 131. numero 62. volumine primo. Rollandus à Valle consil. 12. vol. 1. consil. 26. nu. 23. vol. 3. Burfa. consil. 102. nu. 14.

Sed in alio surgit difficultas, an \dagger dicta conclusio procedat, quando legitima est semis propter numerum filiorum præter quatuor, ut in casu nostro? Baldus enim consilio 94. punctus questionis, volumine secundo, in nouis, theoreticè loquens dicit, quòd quando legitima ascendit usque ad medietatem, nunquam detrahatur trebellianica, licet filius sit sub conditione rogatus restituere, ne plus habeat rogatus, quam honoratus, nulla enim glossa iuris ciuilibus, nec aliquis textus mundi hoc permittit. At Alba consilio 41. columna penultima, reprehendit eum dicens, quòd hoc malè probat, & nullam habet rationem, nam & hoc casu procedunt illam rationem, quæ assignantur, quando legitima non excedit trientem, de quibus per glo. in dicto capitulo Raynuius. versiculo legitimam. & per Baldum in l. quamquam. C. ad l. falcidiam \dagger dicentes, quòd capit legitimam: quia in ea grauari non potuit, & ut debitum, trebellianicam uerò ut grauatus, & extraneus, & ad hanc opinio. contra Baldum citat Alba Alexandrum consilio 68. quòd \dagger est \dagger in meo libro 65. circa præmissam. volumine quarto, licet in aliquibus libris litera sit corrupta: cum enim dicit. Trebellianica nõ esset quarta portio, debet scribi trebellianica uerò esset quarta portio, & ita reperitur emen-

datus positus consilio 3. volum. 7. Lugduni impressus: loquitur enim Alexan. quando legitima filii erat dimidia uigore statuti sic disponētis, subdens. trebellianica uerò esset quarta portio reliquæ dimidiæ restituendæ per fideicommissum. Sicut enim aucta legitima filii per statutum usque ad dimidiæ posse detrahi trebellianicam, pariter idem dici debet aucta legitima ad dimidiæ propter numerum filiorum. Quin idem Baldus consilio 101. punctus causæ. volum. secundo, supponit, hanc opinionem, ponens casum quinque filiorum, & fideicommissi; uultque ab eo legitimam excipi, quam semissem appellat, diuidendum inter illos quinque filios, & pariter excipi trebellianicam, quam dicit detrahi de residuo præter legitimam, huiusque pariter sententiæ fuit Dec. consil. 228. col. si. loquens supra de quinque filiis, quibus contingit semis pro legitima, demumque subdit, filium posse detrahere duas quartas, legitimam uidelicet & trebellianicam, licet in aduerterentur subdat, quæ absorbent dimidiam hereditatis. Nam si supra dixit, legitimam esse semissem, sicque dimidiam, est impossibile quòd addita quoque trebellianica, ambæ quartæ tantum dimidiam absorbant, immo uerò necesse est, quòd eam transeant. Postremò firmat hanc opi. Cagnol. contra Baldum in d. §. meminisse, col. si. motus ea ratione: quia iura uolunt, quòd filii detrahant legitimam & trebellianicam, sed legitima est semis, quando numerus liberorum est ultra quatuor, trebellianica uerò est quarta, ergo de necessitate tunc detrahent ultra dimidiam, & quòd de dimidia parte hereditatis dictum est supra, fuit magistralis doctrina scribentium ad communiter accidit se referentium. Si ergo contingat, legitimam esse maiorem triente propter numerum filiorum, detractio dimidiam partem trāscendet, nec est loqui contra legem uel sine lege, ut dicebat Bal. in allegato consil. 94. Immo secundum legem, & rationem, quin etiam citat Cagnolus Baldum ita uolentem in l. iubemus. col. 2. C. ad trebellia. ubi dicit, quòd de iure Canonico & de consuetudine generali, si filius est rogatus sub conditione, puta post mortem, statim detrahit legitimam de toto asse, quæ est triens uel semis secundum numerum liberorum, & hæc est prima deductio, quæ fit à lege, deinde existente conditione fideicommissi detrahatur trebellianica de residuo corpore hereditatis. & ista est secunda deductio, quæ fit ab homine. Si uult ergo Bal. primò legitimam deduci, semissem. s. secundum numerum liberorum, & secundo loco trebellianicam de residuo, patet, eum uelle tali casu duas quartas deduci, quæ simul iunctæ transeant dimidiæ, cuius contrariū dixerat in d. consil. 94. & Bal. in d. l. iubemus, sequitur Picus in l. in quartam. col. pen. ff. ad l. falc. ubi dicit, quòd si filius est grauatus sub conditione habebit duas

Xx 4 quar tas

quartas, quæ sunt dimidia, & quandoque plus, si essent quinque numero vel plures: quia primò detraheretur semis pro legitima, deinde de residuo trebellianica, & in hanc partem descendo, postquam video, quòd Crauetta consi. 50. dicens se citasse Baldum in quadam causa in al legato consi. 94. dicit, quòd aduocati partis ad uersæ ceperunt ridere, dicentes communem opinionem esse in contrarium, & quòd interrogatus in conscientia, quid sentiret super illo dicto Baldi, respondit, quòd ex bona fide neminem alium legerat, qui idem in specie tangeret. Item quòd illa causa transacta fuit nulla habita ratio illius dicti Baldi, demumque quòd si casus iterum accideret, latius ac profundius cogitaret, quæ singula demonstrant opinionem Baldi periculosam, tantoque magis, quòd alibi sensit contrarium in d. consil. 101. & in d. l. i. u. b. e. m. u. s. & quòd tot alii contradicunt supra relati, quorum sententia soli Baldo sibi etiam contrario debet præualere. Remanet igitur ex prædictis, quòd Do. Marcus & Alexander de suis

- 22 quotis si potuerint testari usque ad dimidiam ratione legitimæ, & de quarta parte residui ratione trebellianicæ, & filios Andreæ instituere. c. Rainaldus. S. dilectus. de testam. Bald. in l. filium, quem. vers. ulterius queritur. C. famil. ercif. Dec. consi. 202. nume. 7. Goza. consi. 104. nu. 24. Grat. resp. 65. uol. 1. Bursat. alios citans consi. 102. nu. 15. abinde verò supra nequaquam in præiudicium D. Federici, qui de residuo debet habere dimidiam, & aliud tantum filii Andreæ, licet si sint duo, ipse uerò solus, iux. tex. in S. cum filius. versiculo item si ex duobus. in f. de hære. quæ ab intest. ubi si ex duobus filiis nepotes existant ex altero vnus, ex altero duo, ut hic, dimidia pars ad unum, & altera ad duos pertinet: Tantoque magis, nam videmus, quòd in altera substitutione, in qua filios filiorum suis parentibus substituit (de quo casu non agimus) eos vocauit in stirpes & non in capita, propter quod debet sic etiam præfens substitutio declarari, cum si sequentia declarent præcedentia. l. si seruus plurium. in fine. ff. de legat. primo.

Solus superest labor in perscrutando ualore bonorum pro detrahenda legitima spectante ad filios domini Andreæ ex persona domini Marci & Alexand. nunquid haberi debet ratio valoris eorum tempore mortis domini Ioannis Marci testatoris, vel præfentis temporis, quo detrahetur, quo bona longè plus aucta fuerunt cursu temporum. Exempli gratia, si tunc dimidia bonorum ualebat mille ducatis nunc bis mille, cedere debet hoc augmentum ad commodum dictorum filiorum Andreæ, consequendo dimidiam bonorum, an uerò tantò minus dimidia bonorum sit eis assignandum, quòd iuxta ualorem moderni temporis non transcendat ducatos mille, sicque commodum dicti augmen-

ti cedere debeat Do. Federico fideicommissario pro sua rata.

Et prima consideratione uidetur, quòd aduersarij iustitiam foueant ex doctrina Cornei consi. 265. colum. 3. vol. 2. quem sequitur Grat. respon. 79. nu. 24. uol. 2. & Bertrand. consi. 141. vol. 2. priorum, tertio quæsto. Mouetur Corn. quia cum legitima sit quota bonorum, & de corporibus hæreditariis debeatur, si æstimatione rerum augeri, debet augeri filio, cui legitima debetur, sicut contingit in habentibus res communes, quarum incrementum non uni magis ascribitur quam alteri.

Secundò, quia quòd alicui debetur aliqua res, commodum & incommodum æstimationis rei melioratæ, uel deterioratæ cedit illius lucro uel damno; quia res illa præstari debet nõ æstimatione, meriti filio quoque uel hæredibus suis res pro legitima sua præstari debent, prout sunt, non habita consideratione præfentis, uel præteritæ æstimationis.

Tertiò mouetur Bertran. quia diminuere-tur quota bonorum, si attendere-tur æstimatione bonorum extrinseca contingens ob uarietatem temporum, meriti non illa sed res attendi debent, de quarum substantia legitima debetur.

- 26 Quartò confirmatur; quia filius si grauatus potuisset alienare usque ad legitimam, & in alienatis eam eligere siue alienatam in eam computare. l. Marcellus. S. que. ff. ad treb. Rub. consi. 34. nu. 5. Iaf. consi. 161. uol. 4. ubi per hoc infert, quòd hæredes uniuersales petere nõ possunt, quia bona redimantur, aut præstetur æstimatione præfentis temporis, si minus ualebant, quando fuerunt alienata; quia cum filius iure permittente alienauerit, pati non debet aliqd damnum. l. Gracchus. C. de adult. quod utiq; pateret, si teneretur soluere æstimationem præfentis temporis, quam non habuit, igitur & bonis non alienatis idem iuris esse debet, ut commodum augmenti cedere debeat ad beneficium filii, uel suorum hæredum, non autem fideicommissarii.

Quintò facere uidetur doctrina Castr. in l. peculium, in prin. ff. de pecul. quam latius exornat Soc. iun. consi. 170. n. 9. vol. 2. ubi dicit, si

- 27 si uxor fuerit instituta, & grauata pauperibus dare, quicquid de fructibus sibi supererit ultra uictum, statim ad eundem uidetur deduxisse dotem suam, & ob id eius fructus nõ tenetur pauperibus dare, licet ultra uictum suum superstit. sic enim uidetur dici posse, quòd filius ad eundem statim uideatur legitimam sibi debitam deduxisse, meriti commodum augmenti postea factum debet esse suum.

Sextò uidetur ad stipulari doctrina Bal. consi. 20. si pec. volum. 2. in anti. quem sequitur Fabia. de Chio. i. auth. nouissima. quæstione 8. in prin. nu. 74. C. de inoff. test. ubi loquendo de legitima si dicit, quòd inspicitur quantitas bonorum

norum tempore mortis, sed qualitas eorum tempore quo petitur, quòd nihil aliud est dicere, nisi quòd si bona fuerint aucta in quantitate post mortem patris, puta quia tres erant fundi, & alius accessit rei uindicatione uel aliter id non attenditur, sed si tres illi fundi tempore mortis minus ualebant, cum uerò petitur plus ualent, qualitas illa maioris ualoris attenditur ad fauorem filii, & ita cedere debet augmentum illius commodo.

- Septimò uidetur adduci posse doctrina Bal. in c. cum M. Ferrariensis. de cõsti. uolentis, si pater si in vita legitimam filie assignauerit, tunc facultatibus suis æquiualentem, que postea dum uixit aucta fuerunt, potest eo mortuo filia petere supplementum ratione augmenti postea facti. Idemque uoluit Bald. in l. pactum. sexta oppo. C. de colla. Angel. Roma. & Imol. in l. stipulatio hoc modo. ff. de uerbo. obligatio. Castr. & Alexan. in l. in ratione, secunda. ff. ad leg. fal. Luc. de Pèna in l. 2. circa fi. C. de præd. & omn. res. nauic. libr. 10. Iason in authen. nouissima. columna tertia, C. de inoff. test. ubi dicit, doctrinam Iacobi Butri. in d. l. pactum. contraria esse communiter reprobata. Idemque tenet Iason in l. quod Seruius, numero 12. ff. de condit. ob causam, eamque communem testatur Andr. Sicul. in d. c. cum M. Ferrar. nu. 160. & tenet Ruin. in l. Gallus. S. & quid si tantum. ff. de lib. & post. Socin. consilio 100. col. 4. Menoch. in tract. de arbitra. iudi. lib. secundo, cetera secunda, casu 149. nu. 18. & communè magis attestatur Fernand. Vasqui. li. 2. de success. crea. S. 18. numero 83. sicut & Viuius in suis communibus opinio. in vers. legitimam, ad finem. Quare pari modo dicendum uidetur, quòd si post mortem patris augmentum fuerit subsecutum, filius qui consecutus fuit legitimam, uel consequi debuit tempore mortis paternæ, possit illud augmentum petere, uel hæredes sui illud habere in deductione ipsius legitimæ, & per consequens non debet cedere lucro fideicommissariorum.

- Octauo & ultimò uidetur esse tex. pro hac parte in l. in lege falcidia hoc seruandum. S. cor pora. ff. ad leg. falci. ubi in consideranda falcidia hæredi debita delegatis dicitur, quòd si quæ sunt corpora in bonis defuncti, æstimatione erunt secundum præfens precium, non autem præteritum, ut ibi per Glo. Sicut ergo augmentum ualoris cedit commodo hæredis, cui debetur falcidia, pari modo dicendum uidetur, quòd augmentum ualoris cedere debeat commodo filii, cui debetur legitima. Et hæc sunt, quæ pro aduersariis adduci possunt.

Quibus tamen non obstantibus longè probabilius est intentio magnifici domini Federici pluribus auctoritatibus, rationibus ac legibus suffulta, crebriusque per scribentes re-
31 cepta. Nam quod attinet ad auctoritates, fœuet eius partes in terminis Bald. consilio 19.

punctus quæstionis super quo, uolum. 2. in ant. secundo quæsto, quòd est consilium 22. vol. 4. in nouis. ubi loquitur de filia, cui fuerant relicta. 50. pro legitima sua, eaque steterat per annos 30. nil petens, postea supplementum petebat, quærebatur in consignando, nunquid quantitas sibi relicta ascenderet ad debitum, hoc est ad legitimam suam, cuius temporis deberet haberi ratio extimationis bonorum, cum traheretur temporis rerum præcia fuissent aucta. Et responderi, inspicere debere tempus mortis restatoris, ergo uult clarè Bald. augmentum ualoris bonorum non cedere commodo filii legitimam petentis, sed hæredis instituti, Idemque tenent pulcrè Castr. & Alex. in l. in ratione, secunda. ff. ad l. fal. & Castren. in l. in quantitate. in princ. ff. cod. Roman. singul. 127. uolo tibi unum dicere Iason in authen. nouissima, secundo not. C. de inoff. test. latè Cur. consi. fin. col. 3. usque in fin. Socin. consi. 22. ad fin. volum. 3. Paris. consi. 45. colum. penu. uol. 2. Cagnol. in l. Papi. S. quarta, num. 8. ff. de inoff. test. Rip. in l. in quartam, nu. 46. ff. ad leg. falc. Natta consilio 156. nu. 6. Cur. iun. consilio 21. nu. 14. ubi sequitur ad vnguem Curtium suum auunculum in d. consi. fin. Anch. Iun. in prima parte quæstionum suarum familiarium quæstione 51. numero 10. Corraf. in l. filium, quem habentem. col. 4. C. fam. ercif. & pulcrè confirmat Bertrā. consi. 33. illud est certum. uol. secundo posteriorum. ubi considerat in æstimatione falcidia peritos antiquos eligendos esse, qui possint habere noticiam de ualore rerum secundum ualorem bonorum, non qui est hodie, sed qui fuit tempore mortis patris, per. l. cum queritur. C. de inoff. test. quòd alia ratione non dicit, nisi quia augmentum ualoris postea factum nõ pertinet ad filium, alioquin nõ esset opus hac indagine peritorum antiquorum, scientiaque ualoris bonorum præteriti temporis, sed satis esset peritis etiam iunioribus, qui secundum tempus præfens æstimarent bona, & cum prædictis etiam concordat Portius Imolens. consi. 92. num. 97. uolens quòd in taxada legitima debet considerari qualis fuerit æstimatione patrimonii tempore mortis, igitur augmentum bonorum postea contingens attendi non debet. Idemque Cor. consi. 120. n. 15. Curtiū secutus in l. legato consi. fin. sicut & Alciat. respon. 396. Idemque Ceph. consi. 142. num. 20. dicens quòd respectu calculationis legitime spectatur tempus mortis, quo succedi potest, & quo debetur legitima. Patet igitur, ne sim prodixior in hoc, quòd ista conclusio plurium doctorum auctoritate munitur, quam pro contraria parte, cum in eâ tres adducantur, & pro hac sint. 16.

Secundò, ut ad rationes descendam, Castrensem adduco in d. l. in quantitate. ubi miratur quid in causa sit, quòd sicut falcidium augmentum superueniens post mortem, quòd habuit originem in vita, legatario prodest, ut augeatur legatum

gatum, non ita profit filio, ut augeatur legitima, cum sit magis debita filio, quam legatum legatario, deinde responder reddens ratione diuersitatis: quia legitima debetur filio contra uoluntatem defuncti, legata uero secundum illam, sufficit ergo patri satisfecisse legis dispositioni relinquendo legitimam de eo, quod habebat tempore mortis: quia de illis tenebatur relinquere, dicta. l. cum quaeritur. Vnde cum sit liberatus, non reincident in obligationem, nec ipse nec haeres suus propter augmentum superueniens, de quo non habebat cogitare, sed haec ratio cessat in legatis, quia uoluntas defuncti fuit, quod integrale legata soluere. Vnde posito quod si falcidia imminerebat, haeres non teneretur, durabat tamen obligatio, & uoluntas defuncti. Ideo si superuenit augmentum, ampliatur illa uoluntas, ex quo lex sibi non resistit.

34 Tertiò ¶ Ias. in authen. nouissima. not. secundo, C. de inoffi. test. mouetur, & alia ratione: quia nunquam legitima filii esset limitata, si secus diceremus: quia semper posset augeri ualorem patris, ideo uidetur quod limitatè debeat attendi tempus mortis patris.

35 Quartò ¶ Corraf. in d. l. filium, quem habentem, confirmat hanc partem per aliam ratione, quam ascribit Castr. in d. l. in ratione. licet in meo libro Castrensis eam non ponat: nam si superueniens augmentum spectaret ad filium, semper essemus incerti, quanta esset legitima sua; posset enim minui, uel augeri plus aut minus ualorem bonorum, merito propter euitandam incertitudinem, dici debet tempus mortis attendi debere, nec augmentum superueniens inspiciendum pro filio.

36 Quintò ¶ præter alios non omitto rationem pulcram adferri posse: nam propria significatio rei sumitur à definitione, quoties cessat auctoritas legis, ut declarat Bar. in l. omnes populi. nu. 59. ff. de iust. & iur. at definitio legitime colligitur ex d. §. quarta. iunct. d. l. quaeritur, quod

37 ¶ sit quarta pars eius quod superest de bonis defuncti tempore mortis suae, deducto quod alieno, funeris impensa, ac seruis libertate donatis, ut etiam summam declarat Cagnol. in d. §. quarta, sed augmentum, quod fit in processu temporis post mortem defuncti, non erat in bonis eius tempore mortis suae, merito sub legitima filio debita contineri non debet, nec ad commodum filii cedere.

38 Sextò ¶ non omitto pariter aliam rationem non minus superioribus ingeniosam: nam legitima licet non agnita per filium transmittatur ad quoscuque illius haeres, ut ponit Bal. in l. 2. ult. q. C. de lib. pret. Salyc. in l. scimus. in prin. C. de inoffi. test. & ibidem Iason & in l. si arrogator. num. 18. ff. de adop. Alexand. conf. 54. col. 3. uol. 2. Soc. conf. 92. uerf. circa secundam, uol. 1. Boer. decis. 250. col. 3. sub nu. 4. Dec. conf. 218. nu. 4. Craue. conf. 312. nu. 5. Roland.

à Valle conf. 78. num. 6. Ascianus Clemens in tract. de patria pot. effectu 16. nu. 49. Natta con-

39 fil. 238. nu. 4. at que ¶ conditionalia sunt non agnita per filios non transmittuntur ad suos haeres, ut uoluit Glo. notab. in l. unica. C. de his qui ante aper. tab. quam communiter receptam dicit Io. Duran. de arte test. tit. quinto, caut. 23. Rube. conf. 8. nu. 3. conf. 35. col. 2. colf. 104. col. 2. D. meus Rimi. conf. 183. nu. 12. Dec. colf. 416. ad fi. & conf. 417. ubi dicit, aliam Glo. contrariam in l. is cui. ff. de act. & ob. esse communiter reprobata. Cast. in l. cum filio ff. de leg. 1. colum. penul. Alex. in secundo pmissio, Iason in 4. notab. Ripa num. 11. Bald. confil. 115. duplicato confil. 146. uol. 5. Soc. conf. 74. col. 1. uol. 4. Dec. conf. 465. col. 3. conf. 515. in princ. & conf. 574. Ruin. conf. 181. conf. 183. uol. 2. conf. 122. num. 3. conf. 136. nrm. 55. conf. 152. uol. 3. Paris. conf. 3. nu. 37. uol. 1. conf. 70. nu. 7. uol. 2. conf. 75. nu. 21. conf. 77. nu. 1. eo. uolumine, Cepha. confilio. 32. qui communem testatur, & post eum Roland. à Valle confilio 46. col. 1. uol. 3. & huius qualitate est augmentum ¶ non existens tempore mortis patris quia pendet à futuro euentu, nunquid tractu temporis augebuntur bona plusquam ualebunt; merito non transmittitur, nec debetur filio, nec haeredibus suis, ideo in deductione legitime illius aliqua ratio haberi non debet ad fauorem eorum.

¶ Septimò, ut ad leges hanc opinionem confirmantes transitum faciunt, citatur tex. in l. in ratione, secunda, & in l. in quantitate. in prin. ff. ad leg. falcidi. quibus uniformiter dicitur,

41 ¶ quod augmentum cedit haeredis commodo in detractioe falcidia, non autem legata rio prodest, quia tempus mortis inspiciatur. Hinc enim Castr. & Alexan. ibidem inferunt, idem dici debere de legitima, nam si patrimonium patris augeatur post eius mortem, non tamen augeatur legitima, nec illud augmentum attenditur, ut profit filio. Exemplum, si patrimonium ualebat 300. sicque legitima erant 100. minusque relictum fuit. Vnde supplementum petebatur, haeres autem paratus erat dare 100. filius uero dicebat nunc bona ualere 600. ideo petebat 200. certè tale augmentum non attenditur ad commodum filii: quia tempus mortis inspiciatur, ut ibi dicitur. Vnde si cut hoc casu legatarius debet esse contentus suo legato, prout erat tempore mortis testatoris, pari modo filius debet esse contentus sua legitima, prout erant bona tunc. Compromittant hoc etiam magis in terminis tex. ¶ in l. etiam §. fin. & in l. si patronum ex debita. §. si. ff. de bon. lib. ubi priore loco loquendo de legitima patroni dicitur, Debitam autem partem eorum, quae cum moritur libertus habuerit, patrono damus. mortis enim tempus inspiciatur. Secundo uero loco dicitur. Si Libertus patrono dederit debitam portionem nihil ultra debetur

betur ei, si seruus reuersus ab hostibus auxerit patrimonium, uel fundus alluione creuerit, cum satisfactum sit ei ex his bonis, quae mortis tempore fuerunt. Sicut igitur augmentum non cedit ibi commodo patroni petentis legitimam, nec filio cedere debet.

43 Nec quicquam releuat ¶ responsio, quam dare conatur illis iuribus & confimilibus Bertrā. in dicto conf. 141. quod de bonis loquuntur, non autem de eorum ualore & aestimatione: quoniam cum de parte debita patrono loquantur, fateri necesse est, bona debere aestimari, alias sciri non posset, an patronus debitam partem haberet, nam licet esse posset, quod tot iugera terrarum haberet, quae habito respectu ad totam facerent tertiam partem iugerum, puta de 30. 10. tamen fieri posset, quod d unumquodque illorum iugerum minoris esset ualoris residuis, sicque debitam partem non haberet: licet enim quod ad numerum iugerum congruam partem uideretur habere, non tamen quod ad ualorem haberet. Vnde uana redditur responsio Bertrandi, uerificaturque, quod inquit Cur. in d. confilio fin. colum. tertia, quod dictis iuribus non responderet uersus orbem, sicut & illos egregios, & nunquam exeundos de mente reputat Roman. in allegato suo singula. 127. & optime probari dicit Corraf. in d. l. filium quem habentem. Nam nec probare possum cuiusdam licet egregii Doctoris responsum, quam dabat illis iuribus, dum secum contenderem in alia causa, quod procedant in legitima, quae deducebatur contra mentem testatoris, at secus in casu nostro, quando filius fuit institutus, & fideicommissio grauatus, per l. serui qui. ff. ad l. falcidiam. Nam passim Doctores dicunt, legitimam ¶ detrahi contra uoluntatem defuncti, cum filio uel patrono debeat ex obligatione legali, & ob id odiosa reputatur. Ita Salic. in l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. Castr. in d. l. in quantitate, & Alex. in d. l. in ratione. Ias. in d. aut. nouissima, col. 2. Curt. in d. conf. fi. col. 4. & Rip. in d. l. in quartam. nu. 46. cum sequenti, ubi dicit, quod communis est opi. quod etiam hodie quarta legitime detrahitur contra uoluntatem, & cum praedictis etiam concordat Ascianus Clemens in tract. de patr. pot. effectu 16. numero 27. post Iason. in l. si Titio. §. sicuti. num. 10. ff. de leg. primò, & lex serui, qui ¶ tendit ad aliud, ut mox dicam. Super qua pariter considerandum est, nam contraria reputatur ex diametro legi si patronum ex debita. §. fin. ff. de bon. liber. ubi uidemus, non attendi tempus praecedens in seruis liberti existentibus in captiuitate, & reuersis post eius mortem, licet fictione postliminii fingatur semper in ciuitate fuisse penes eum. Vnde deberent ampliari bona liberti & maiorè legitimam patronus consequeretur, cuius tamè contrarium deciditur ibi. At in l. serui, qui,

contrarium dicitur, uidelicet, ¶ serui, qui apud hostes sunt, post mortem testatoris reuersi locupletiores faciunt hereditatem, sicque maiorem falcidia detrahit haeres legatis oneratus.

46 ¶ Nec ad illum tex. procedit solutio Iasonis in d. aut. nouissima. col. secunda, post Saly. in l. scimus. §. repletionem. ad fi. C. de inoffi. test. quod illud procedat in falcidia, quae procedit ex uoluntate testatoris ita legantis, namque immo falcidia ¶ detrahitur contra mentem testatoris.

47 l. Titia, in fi. ff. ad l. fal. ibi, quoniam contra sententiam matrisfamil. lex falcidia induceretur, & tradit Corraf. in d. l. filium, quem habentem.

48 quin, etiam Ias. infideliter refert ¶ Salycetum, qui id non dicit, sed quod legata debentur ex uoluntate testatoris. Imo lex facilliter imputat augmentum in hereditate, & falcidia instituit ut in d. l. serui, qui, quae declaratio periculosa est respectu falcidia, quae aduersatur uoluntati defuncti, unde non deberet augmentum ei prodesse, sicut nec prodest legitime patroni in d. §. si. quae pariter est contra uoluntatem defuncti.

49 Nec etiam satisfacit solutio ¶ Corrafi in d. l. filium. dicens illud esse, quia illud augmentum obuenerat ex causa, quae suberat tempore mortis, nam & idem erat in d. §. si. cum utrobique loquatur Iureconf. de seruis captiuis post mortem reuersis, & sic qui fictione postliminii reputantur semper fuisse in ciuitate penes testatorem, & tamen in d. §. si. non profunt legitime patroni, sed in d. l. serui, qui, bene profunt falcidia.

50 ¶ Non placet etiam, quod Glo. in d. §. si. citauerit d. legem serui. pro concordanti, quia (ut inquit Alex. in d. l. in ratione) sicut in d. §. si. seruus reuersus ab hostibus non redundat ad modum maioris detractioe legitime, ita nec in d. l. serui. crescit detractio falcidia de legatis ob reuersionem serui. Quoniam repugnant

51 uerba tex. ¶ dicentis, quod serui, qui apud hostes sunt post mortem testatoris reuersi, quod ad falcidiam pertinet, locupletiores faciunt hereditatem, hoc est, augent hereditatem ad eodem modum heredis, qui maiorem consequitur falcidiam, si enim uoluisset dicere Paul. quod detractio falcidia non cresceret, melius staret tex. cum negatiua hoc modo. serui post mortem reuersi, quod attinet ad falcidiam, locupletiores non faciunt hereditatem, & non reputantur in hereditate, & ob id non inde maiorem falcidiam consequitur haeres, quam si non essent reuersi.

52 quod uero subdit ¶ aliter Alex. in d. l. in ratione. dici posse, aliud esse in falcidia, de qua loquitur lex serui, aliud in legitima, de qua §. si. quia differunt in multis, ut not. in l. in quartam. ff. ad l. fal. nihil est, cum nos in incerto relinquat & ambiguos satis. Quare reiectis omnibus ambagibus mihi placet unum uerbum ¶ Cumani, in d. l. serui. ex quo realis solutio deprehendi potest, ut dicamus, ¶ in d. §. si. illud ibi dicitur de seruo reuerso ab hostibus, qui patrono non prodest

est quod ad hoc, ne detur ei contra tabulas, quæ habet instar quærelæ, nam si ob auctum primo-
nium liberti ex reuerfione serui, patronus nõ
diceretur habere integram legitimam ex eo, qđ
sibi libertus reliquit, contrabularer testamen-
tum liberti, & illud in totum subuerteret, me-
54 ritò quia illud odiosum est, fauorabile verò
testamentum conseruari, & locum habere. l. vel
negare. ff. que. test. aper. ideo dicitur ibi, quòd
non potest patronus propterea queri, quòd mi-
nus habeat in seruo &c. sicque seruus ille, qui
auget patrimonium, non auget ad commodum
patroni, ne testamentum subuertatur in totum
at in casu legis serui, qui, nõ agit de patrono
sed de legatis ab hærede relicto, & de seruis
post mortem testatoris reuerfis, qui respectu
falcidie locupletioem faciunt hereditatem,
vt sic maior falcidia detrahatur. quia per hoc
non subuertitur in totum testamentum, nec il-
lud querelat hæres, sed modificat supplendo
quod sibi deficit ad integram falcidiam, faci-
55 lius enim quid modificatur quàm tollatur, vt
not. in l. ius ciuile. ff. de iust. & iure, vbi Glo. &
Doctores, quibus addi potest illud exemplum
de libera testadi facultate, quæ in totum tol-
56 li non potest, sed restringi sic, nam si fiat dona-
tio omnium bonorum presentium & futuro-
rum, non valet: quia tollit liberam causam testadi
vt not. Bar. Castr. Alex. Ias. & ceteri in l. stipula-
tio hoc modo. ff. de verb. ob. maximè Crott. &
Ripa, qui comunem testantur. Bar. Castr. Alex.
Ias. & D. meus Riminaldus, vbi quoque late
Cagnol. in l. si. C. de pact. Dec. cons. 251. in prin.
cons. 488. nu. 2. Grat. responso 10. vol. primo.
Rol. à Valle cons. 65. in prin. vol. 1. post. Cur.
Iun. cons. 25. col. 2. dicentem hanc esse comu-
Doctorem sententiam, à qua in iudicando nul-
latenus est recedendum, tamen si fiat donatio
57 omnium bonorum simpliciter valet: quia nõ
comprehendit futura. l. si ita ff. de auro & arg.
leg. vel etiam futurorum referuato vsufructu,
quia de illis & eo donas testari potest, vt voluit
Abb. cons. 102. col. 2. vol. 2. vbi dicit ita tenere
omnes legistas. Alex. & Ias. in l. stipulatio hoc
modo. ff. de verb. ob. Aret. cons. 54. col. pe. Soc.
cons. 126. col. fi. vol. 3. Bertran. cons. 168. col.
2. cons. 173. & cons. 175. col. 3. vol. 1. cons. 138.
nu. 19. & cons. fi. vol. 2. Ripa respon. 14. col. 2.
in 3. par. Soc. iu. cõf. 143. col. 3. vol. 1. & sic non
tollitur hoc casu testandi ius, sed restringitur,
vt latius ego dixi inst. de don. in prin. nu. 27. cũ
sequentibus, patet igitur (vt ad rem nostram
redeamus) iura non deficere, quibus optimè
probatur hæc conclusio, quòd augmentum su-
perueniens post mortem cursu temporis non
profit filii in consequenda maiori legitima,
sed illud hæredis commodo cedit, & ad eum
pertinet.

Octauo, & vltimo, qđ magis recepta sit hæc
opinio, iam patet ex longè pluribus auctorita-
tibus, quæ reddunt illam communem. Nam il-

58 la dicitur esse communis opinio, quæ plurimè
Doctorem auctoritate iuuatur, seu quæ habet
plures Doctores pro se. l. 1. §. & fanè crebrior, &
ibi Bal. ff. de off. quæst. l. diui fratres, circa me-
dium in verbo plurium iuris auctorum. ff. de
iure patr. c. nouis, in ver. opinio a pluribus ap-
probata, & ibi no. But. & Abb. de ver. sig. Ias. in
l. re coniuicti. nu. 142. ff. de leg. 3. & in l. si quis
mihi bona. §. iussum, nu. 14. ff. de acqui. her. Go-
mes. in proemio Regularum Cancellariæ. 2. q.
4. fundamento. Ant. Maria Corratius in præ-
fatione tract. commu. opi. nu. 3. sed & vltorius
59 hoc adfirmat Cur. in d. cons. fi. dicens ab ista
communi opi. in iudicando non esse receden-
dum. idemque testatur Paris. in d. cons. 45. vol.
2. pariè modo Ias. inquit in d. auct. nouissi-
ma. col. 2. neminem discrepare, quòd si bona
patris vel eorum valor augetur post mortem
patris, non per hoc augetur legitima filiorum,
qui sanius locutus fuisset, si non dixisset, nemi-
nem discrepare, propter aliquos contrarium te-
nentes supra relatos, quos tamen vt tunc non
impressos videre nõ potuit, excepto Baldo, sed
de illis parum curandum est: quia longè plu-
res sunt in oppositum. Et ita remanet vnde qua-
que fundata hæc conclusio contra filium, quæ
tenendo non obstant contraria.

Et in primis prima ratio Cornei in allegato
60 cons. 265. vol. primo, nam si similitudo per eum
tradita de habentibus res communes non be-
ne conuenit filio. Probatur, nõ omne tempus
semper est proficuum sociis, dum durant in cõ-
muniõne, quòd omne lucrum sit commune, l.
coiri. l. si non fuerit. ff. pro soc. & ob id augumẽ-
tum contingens in re communi communica-
tur vtriq; non autem magis vni quàm alteri,
sed in legitima secus est, nam quòd cumque tẽ-
pus non est proficuum filio, nec ad eius fauorẽ
considerabile, patet in tempore dum viuuit pa-
61 ter, respectu cuius nullum ius, nec spem pro-
babile dicitur habere filius in legitima. l. 1. §. si
impueri. ff. de colla. bo. ibi, præmatura enim
est &c. & ibi declarat Bar. in auth. si qua mulier
circa si. C. de sacr. fan. eccl. & in l. lex Cornelia
& ibidem Bal. Ang. Imol. ceterique ff. de vul. &
pup. Ias. in l. is potest. col. 4. ff. de acqui. hered.
Aret. in l. quia poterat. col. pen. ff. ad treb. &
cons. pen. col. 3. vol. 5. Dec. in l. si. nu. 14. C. de
pact. cons. 19. col. pen. dixi inst. quib. alie. licet
vel non, in prin. nu. 264. & nunc addo Duenam
regula 356. & 438. Corset. in sing. verbo legiti-
ma. Soc. in fallen. suis sub reg. 288. & ideo si pa-

62 ter alienaret bona sua vendendo (mò nõ in
fraudẽ filii) nec tunc, nec eo mortuo filius quis
quæ dicere posset respectu legitimæ, de quò per
Bar. in l. hereditarium ff. de bon. auct. iud. poss.
& in l. non vsque. ff. si quis à paren. fuer. ma-
nu. Fabia. de Chioc. in aut. nouissima. nu. 137.
C. de inoff. test. & pulcrè tradit Guido Pap. q.
486. Dec. cons. 557. nu. 7. Rol. à Valle. cons. 62.
nu. 25. vol. 1. hinc dixit Tiraq. de vrr. ret. §. 14.

Glo.

Glo. 2. nu. 18. quòd licet in filiis dicatur conti-
nuari dominium bonorum patris. l. in suis. ff.
63 de lib. & pos. nihilominus bona patris non re-
leuat filium, à satisfactione, cum multa contin-
gere possint, vt ad eum bona patris non deue-
niant, ideo filius non gaudet beneficio. l. scien-
dum. ff. qui satis. cogan. & alia similiter infert
Alcanius Clemens in tract. de patr. pot. effectu
64 16. nu. 59. quibus addo, quòd si mortuo quo-
que patre si quæ nouiter obueniãt hereditati,
quibus augetur, non considerantur ad fauorẽ
legitimæ. d. l. si patronum ex debita. §. si. sed præ-
cisè tantum consideratur tempus mortis testa-
toris aut patris, vt ibi dicitur, & in d. l. cum que-
65 ritur. Vnde cum tempus illud sit limitatum,
alterius temporis nõ recipit functionem. l. vsu-
fructus mihi in biennium ff. de vsuf. leg. Bal. in
cap. licet. cosum. 1. de supplen. negl. præl. Ias.
in aut. quæ supplicatio. col. 2. C. de prec. imper.
offer. & ideo mirum videri non debet, si augu-
mentum postea superueniens non auget legiti-
mam filiorum limitatam ad tempus mortis pa-
66 ternæ; quia in rebus limitatis incrementum
locum non habet. l. in agris. ff. de acqui. rer. do.
eodem modo responderi potest secundè ra-
67 tionem si Cornei de re debita alicui, cuius melio-
ratio cedit eius lucro, nam limitatio temporis
introducãta respectu legitimæ secus operatur,
quæ cessat in eo casu.

68 Non obstat etiam ratio si Bertran. de quo-
ta, quæ minueretur, si attendetur æxtimatio
secundum varietatem temporum, quoniam
quota bonorum respectu legitimæ debita filio
nedum consideratur respectu quantitatis, sed
etiam qualitatis, hoc est, quòd sit tertia pars
æquè bona, & æquialens residuo, quòd fieri
non potest nisi per æxtimationem, vt dixi, &
ideo Cur. in d. cons. fi. & Ias. in d. auctentica no-
uissima. intelligunt tex. in d. l. cum quæritur
69 respectu valoris rerum, quando dixi inspi-
ci tempus mortis, an quarta pars bonorum reli-
cta sit filio, hoc enim fieri non potest, nisi bona
æxtimantur, vt tunc valet, vt supra declarauit,
merito quota bonorum debita filio non dici-
tur minui, quando minor est in eorum quanti-
tate, modo sit conueniens in qualitate, puta
quia 10. iugera data filio sint tanti valoris, quã
ti erant 15. tempore mortis patris sui.

70 Ad quartum si respondetur, quòd licet ve-
rum sit, filium fideicomisso grauatum posse alie-
nare vsque ad legitimam, & alienata in eam cõ-
putare, vt ex multis cõcludit Rip. in d. l. in quar-
tam. nu. 120. Guid. Pap. q. 606. & iudex equita-
te suadente id probare debet, puta si facta fuit
alienatio ex necessitate bona fide, & de rebus
nõ preciosioribus, vt late ponit Dec. cons. 236.
nu. 9. & 10. Roland. à Valle cons. 78. nu. 19. vol.
1. & Menoch. in tract. de arbitra. iud. lib. secun-
do, centuria secunda, casu 163. nu. 22. tamen
considerandum est longam esse differentiam
inter illum casum. quoniam filius alienauit vs-

que ad legitimam, quòd alienata computentur
in eam, nec teneatur reddere illud plus quòd
postea bona valuerunt, & casum nostrum, quo-
niam nec alienauit, nec legitimam petiit, aut
deduxit: quia primo casu diligens fuit filius eli-
gendo sibi legitimam rectè per illam viam alie-
71 nationis, & vigilantibus si iura subuenire solẽt
l. si pupillus ff. quæ in frau. cred. at secundo casu
72 negligens fuit, & iura si negligentibus non sub-
ueniunt, sed impeditis. l. non enim ff. ex quibus
caus. ma. l. veteres. in fi. ff. de itine. actuque pri-
cum similibus, quos citat Guid. Pap. q. 473. Ale-
xan. cons. 105. col. 2. vol. 5. merito imputari de-
bet filio non petenti incontinẽti, & statim post
mortem testatoris sibi assignari legitimam suã
arbitrio boni iuri. vnde augmentum cedere de-
bet suo damno & lucro heredis; quia fuit in mo-
73 ra, quæ semper si debet esse sibi esse nocua. l.
locum. §. condemnatio. ff. de tab. exhib. & not.
in l. vinum ff. si cer. pet. ita pulcrè Cur. in d. cõf.
fi. col. 4. in fine, cuius opi. potest optimè confir-
mari ex not. per Bal. in d. l. filium quem habẽ-
tẽ. 3. col. 10. vers. vltorius quæritur, ubi disputã
74 do illum articulum, nunquid si fideicommissarius
recuperare possit partem rei alienatã per filium
grauatum pendente conditione fideicommissi, &
relatis opi. contrariis, tandem refert Iacobum
de Belui. dicentem, quòd, vt cõmunis soluatur
oppositio, credit filio consuli posse ante condi-
tionem, & diem existẽtem: quia potest prouo-
care per iudicium familiæ eriscundè fideicom-
missarium vniuersalem ad diuisionem, vt legiti-
mam viam habere possit in rebus certis, arg.
l. secundæ ff. fam. er. circa prin. cum siml. quas
allegat Bal. & hoc etiam clarius dicit in l. iube-
mus. col. 2. C. ad treb. vbi concludit, quòd filius
potest impetrare separationem suã legitimæ, &
assignationẽ sibi fieri in certa re arbitrio boni
viri. Si potest ergo filius ad separationem bono-
rum ad instar creditoris, vt per totum. ff. de se-
per. bono. & non fecit ab initio consequendo
legitimã suam, sibi debet imputare, nam si id
fecisset, augmentum post superueniens fuisset
suum, at eo non factò secus.

75 Ad quintum respondetur si decisionem Ca-
strensis ad casum nostrum deduci non posse,
nam loquitur in dote certa, quam constat ab
initio fuisse mulieris, & naturaliter in eius do-
permanisse, vt dicit tex. in l. in rebus. C. de iure
dot. Item loquitur de marito, qui grauauit vxo-
rem dare pauperibus quicquid sibi supererit
de fructibus vltra victum suum bonorum ipsius
mariti; vnde non fuit locutus, nec intelligitur
voluisse loqui de fructibus dotis vxoris suæ:
76 quis si enim de suis non autem de alienis res-
tatur. §. disponat. in auct. de nup. l. verbis legis.
ff. de ver. sig. Vnde nimirum si mulier adẽudo
censetur suam dotem receperisse vel deduxisse,
Castr. dicit loco citato. at non idem iuris est in
legitima filii: quoniam incerta est ratio loci
& quotæ, cum dicatur deducto ære alieno d. §.
quarta.

78 quarta, sicut etiam bona † pariter intelliguntur l. subsignatum. S. bona. l. princeps bona. ff. de ver. si. adeo quod dici non potest ipsum filium
 79 possidere aliquam rem, nec possessionem † alicuius rei potest propria auctoritate occupare pro legitima, vt declarat Bar. in l. meminimus. C. quando & quib. quar. pars debetur. lib. 10. meritò dici potest, quod filius adeundo tacite videatur suam legitimam sibi deduxisse, quod
 80 à fortiori probatur: nam nec expressè † id facere potest, vnam rem sibi eligendo, vt communiter volunt Doctores in d. l. in quartam. vbi Ripa nu. 112. Alciat. nu. 24. & Soc. iun. nu. 103. vers. contrariam. post Corn. & Aret. sic testantur, & abundè Menoch. in tract. de arbitra. iud. lib. secundo, centuria 2. casu 163. nu. 16. meritò nec adeundo id tacite fecisse censetur:
 81 quia sub dispositione † alicuius non venit auctus, qui non potuisset ab eo in specie disponi. vt not. Bar. in l. si quis sub cōditione, in fi. ff. de cond. insti. Bal. in l. si. §. in computatione. & ibi Andr. in addi. ad fi. C. de iure deli. Luc. de Pen. in l. si. C. de exact. trib. lib. 10. Dec. in c. 1. lect. secunda. in Glo. ab omnibus. de consti. confi. 504. col. 1. & Cta. conf. 106. nu. 6.
 82 Ad 6. † respondet Cur. in d. confi. fi. col. 4. per modum proximè dictum, q̄ cum legitima detrahenda sit arbitrio boni viri, & non pro libero arbitrio filii, & incerta sit ratioe loci & quotæ, cum dicatur are alieno deducto, nec aliquam rem dicatur ea de causa possidere, meritò sibi debet imputare, si statim mortuo patre eam non petiit, sibi que assignare fecit, ideo augmentum debet eius damno cedere, & lucro hæredis: quia moroso filio mora sua nocere debet, cum iura vigilantibus, non autè dormientibus subueniant, & (vt subdit idem Cur.) lex statuit, quòd si augeantur bona post mortem testatoris in æstimatione cedat lucro instituti hæredis, ne legitima semper staret sub incerto, & vt mora non petentis legitimam sibi noceat, & ne semper incertus sit hæres, statuerunt legum conditores ad hoc ut sciatur, quanta sit legitima, vel eius supplementum, quòd at
 83 tendatur tempus mortis testatoris, & filio † nõ petente tunc legitimam, quicquid incrementi contigerit cursu temporis sine aliqua opera hominis cedat lucro instituti, non autem filii. d. l. 84 etiam. S. fi. & d. l. si patronū. §. si. quare Bal. † in allegato conf. 20. inconstatè & malè locutus fuit, cum superiore conf. 19. contradixerit, vt in primo fundamento deduxi, quod repetendū non puto.
 85 Ad 7. fateor, allegatos † ita tenuisse, & ea ratione: quia legitima non debetur viuente patre, nimirum si stat in suspenso, & non liberatur: quia pendet à futuro euentu, & liberatus intelligitur rebus sic stantibus, vt declarat Rui. conf. 56. nu. 14. vol. 3. & Anch. iu. in d. q. 51. nu. 86 11. sed etiam non melaret † alios plures in contrariam sententiam iuisse. Nam in primis

Iacob. Butrig. in d. l. pactum. C. de colla. & Bal. sibi contrarius voluit, filiam nil petere posse pro supplemento legitime de bonis auctis post eam consecutam. in l. in successione. C. de reuocan. donation. in l. quamuis. C. de fideic. & in l. quanquam. C. ad leg. fal. Ang. in l. si proponas. §. 1. in fi. & in l. si non mortis. ff. de inof. test. Andre. Sic. in d. c. cum M. Ferrariens. Cur. in d. conf. fi. col. 3. qui mouentur ea ratione: quia tempore assignationis legitima filio videtur pater mori iuris fictione, & quia legitima assignata ita poterat minui sicut augeri, & post Roma. testatur hanc esse commu. quam tenet etiam Fabian. de Gioch. in d. auth. nouissima. nu. 74. Natta conf. 548. nu. 17. & in c. quamuis. de pact. in 6. Georg. Natta præcessor suus columna 2. communem testatur, sicut & Boer. decis. 62. nu. 14. vbi subiungit, quòd hanc opi. velut æquioresem semper secutus fuit, eaque pariter ample tenet & examinat Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus. in 4. limit. C. de inof. test. vbi comprobatur eam per tex. singularem in l. cum quo. §. si. ff. ad leg. fal. qui loquitur in falcidia, volens, q̄ non detrahat hæres falcidia, si testator in vita sua de illa prouidit hæredi suo, & ibi singulariter Ang. idem esse dicit in debita iure natæ, qualis est legitima, idemque tenet Imola in l. inter cæteras. ff. de lib. & post. l. stipulatio hoc modo. vbi quoque Roma. ff. in d. c. cum M. Ferrar. nu. 38. ad fi. q̄ vbi primo nu. 661. Quare patet quàm valde dubius sit articulus ille, sed vtunque sit, vtra pars potius admittenda sit, illud expeditum videtur
 87 † Ripè in d. c. cum M. Ferrar. nu. 38. ad fi. q̄ vbi fuerint auctæ facultates post mortem patris sine facto hæredū, puta per alluionem, vel (vt in casu nostro) processu temporis, non debetur legitima de illo augmento, sicque sumus in casu tuto, quod est notandum, & hanc opi. Ripæ simpliciter sequitur Viuius allegatus in fi. ad eum se remittens.
 88 Postremò non obstat tex. † in d. §. corpora: quia dicitur ibi, corpora æstimanda secundum præsens tempus, ad differentiam præteriti temporis, quo defunctus uiuens ea emerat carius, & plus quàm valeret, vt tradit Glo. non autè ad differentiam pretii temporis mortis testatoris, quod tunc esset minus: quia de hoc non disputat, neque loquitur, & an minus tunc valeret, est incertum, meritò nihil facit ille tex. & ita solutis omnibus contrariis remanet intentio pro Magnifico Do. Federico comprobata.
 Circa verò trebellianicam, que præter legitimam d. filii Domini Andreae competit, similis erit consideratio valoris bonorum tempore mortis Do. Marci & Alex. non autem nunc, ita quòd tot bona d. filii non consequentur.
 Reliquum est vt Do. Iudex omnibus diligenter pensatis iustitiam faciat, quam constanter teneor versari pro prædicto D. Federico.

Hipoly. Rimi. Ferrar.

Pro

Pro eodem Clarissimo Iurifconsulto
 D. Federico Copellato Consiliario iustitiæ Senerissimi Ducis Ferrariæ:

ARGUMENTVM.

Renunciatio facta per minorem 25. ann. etiam cum iuramento, in qua enormissimè fuit læsus potest rescindi, licet iurauerit se esse maiore 25. an. stante statuto, quòd ita confessus in contractu habeatur pro maiore, & plura in materia renuntiationis.

SVMARIVM.

- 1 Renunciatio iura sua non datur regressus. Declaratur, & limitatur nu. 44. & seqq.
- 2 Ius de futuro, solag. spe competens simplici renuntiatione non tollitur. Sed secus accedente pacto ibidem. Item iuramento nu. 5.
- 3 Cuius differentie ratio habetur. 3.
- 4 Renunciatio facta presenti, stipulanti, recipienti habet non pacti.
- 6 Iuramentum facit valere actum omni meliori modo.
- 7 Transactio, que facta est post rem iudicatam non valet in vim transactionis, iuramento subnixæ valet in vim pacti.
- 8 Actio, que iure ciuili ex pacto nudo non oritur, vigore iuramenti nascitur.
- 9 Renunciatio facta absentibus valet.
- 10 Notarius pro absente stipulari potest.
- 11 Stipulatio notarij non operatur, vt absentis ius acquiratur ante ratificationem, & hæc opin. communis est ibidem. Sed sufficit tacita ratificatio, que inducitur ex tenuta acceptæ, & fructu perceptione. 12.
- 13 Statutum Placentiæ lib. 3. rub. 34. inducitur. Quod declaratur, & limitatur. 53. & seqq.
- 14 Statuta terrarum possunt ampliari, vel minuire tempus etatis legitimæ.
- 15 Vbi statuti clara habetur determinatio, non est ulterius inuestigandum. Item inanis est disputatio, vbi est statuti decisio. 16.
- 17 Quando statutum denegat alicui audientiam talis non potest agere etiam in iudicio fauorabili. Possessorium recuperanda dicitur fauorabile, ibidè.
- 18 Renunciatio non potest rescindi restitutione in integrum stante iuramento maioris etatis.
- 19 Minor asserens se maiorem ratione mendaci perdit beneficium restitutionis in integrum. declaratur 70. & seqq.
- 20 Minor iurans non venire contra processum non potest restitutionem in integrum implorare.
- 21 Renunciatio iurata valet, quando agitur de iure querendo non obstante enormissima læsione, & n. seq. sed declaratur. nu. 73. & seqq.
- 23 Ob in certitudinem non consideratur læsio.
- 24 Renunciatio facta alicui ob eius paupertatem dici-

tur facta causa pietatis.

Qua qualiter sit intelligendū habetur 76. & seqq.

- 25 Concessa intuitu pietatis sunt irrevocabilia.
- 26 Illud dicitur bene deliberatum, quod fit cum consilio seniorum. Seniores presuntur sapientes. 27. Presumitur bonum consilium. 28.
- 29 Text. in c. quamuis, de pact. lib. 6. non procedit stante enormi læsione & 32. vbi dicitur esse communem opin. Quod multo magis procedit, vbi renuntians nihil accepit 34.
- 30 Iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum. Item tres comites habere debet, veritatem, iudiciū, & iustitiam. 31.
- 33 Bene consulenti non conuenit prolixitas, sed ad rem responderi sine verborum multiloquio.
- 35 Ex persuasionibus & instantijs ad renuntiamdum alicui rei arguitur dolus ex proposito.
- 36 Persuasio, qua quis inducitur ad aliquid faciendum habetur loco coactionis, & compulsiois. Ex enormi læsione inducitur dolus, ibidem. Immo suasio plus est quàm compulsio. 37.
- 38 Verba hæc, vt in hoc iusto desiderio patrii morem gereret, indicant renuntiantem fuisse motum metu reuerenti ali.
- 39 Concurrente læsione totali, nedum grauissima, mine non sunt necessarie, vt quis dicatur renuntiare metu reuerentiali.
- 40 Suasio & importunitas arguit dolum.
- 41 Stante dolo presumpto, ex enormissima læsione in transactione, nimia persuasione, metuq. reuerentiali simul iunctis, omnes alie clausule posite in instrumento censentur adhibite caliditate, doloque persuadentis, & cui renunciatur.
- 42 Vbi omnia gesta sunt simul, presuntur omnia dolo & metu ex tota.
- 43 Clausula ex certa scientia, & renuntiatione exceptionis doli stante enormissima læsione, nihil operatur.
- 45 Renunciatio generalis exceptionum nunquam intelligitur excludere exceptionem, que ortum habet ex facto agentis.
- 47 Dolus ex proposito proprio dolo comparatur secundum magis communem opinionem.
- 49 Iuramentum non obstat minori propter presumptionem doli.
- 50 Stante enormissima læsione absolutio à iuramento non est necessaria. Sed ad abundantem cautelam debet peti, & omnino concedenda est.
- 52 Ex titulo nullo non acquiritur ius vel dominium.
- 54 Verbum sponte, denotat liberam voluntatem.
- 55 Qualitas statuti probari debet. vt illud habeat locum.
- 56 Statutum Ferrariæ, quòd confessio de dote recepta teneat, declaratur.
- 57 Metus est contrarius voluntati, & libertati.
- 58 Verb. sponte, præpositum verb. conficiens non operatur stante metu.
- 60 Statutum vnum per aliud declaratur. Item suppletur. 61.

Statuta

- Statuta sunt adinuicem concordanda. 61.*
Statutum unum potius recipit declarationem ab alio statuto, quam à iure communi. 63.
In habentibus symbolum facilius est transitus. ibid.
 64. *Statutum sicut lex debet esse sanctum, & honestum. Item venit interpretandum, ne contineat aliquod iniquum & absurdum. ibidem.*
Et ne à sapientibus possit reprehendi. 65.
 66. *Verba debent sumi eo modo, quo cesset absurdum.*
 68. *Dictio nisi, denotat exceptionem.*
 69. *Statutum prius negatiue loquens, deinde subdens, nisi &c. ponit & affirmat.*
 71. *Mendacium quid sit.*
 72. *Animus decipiendi in dubio non presumitur.*
 73. *Renunciatio fideicommissi quomodo dicatur renunciare iuri questio.*
 74. *Renunciatio est quedam priuatio.*
 75. *Renunciatio siue sit de qua, siue de querendis non nocet interueniente dolo.*
 77. *Non est assertioni alicuius standum, ubi actus non valet nisi propter id quod asseritur. sed id probandum est.*
 78. *Donatio Patris in filium in potestate cum non valeat, nisi propter bene merita filij, non statuit assertioni patris dicentis bene merita filij præcessisse, sed aliàs debet constare, ibidem.*
 79. *In incertis, non autem in certis locus est coniecturis.*
 80. *Renunciatio facta ignoranter, & ex falsa causa nulla est.*
 81. *Dicens se instructum de valore & quantitate, si reperitur notabiliter lapsus, presumitur ignorasse vires patrimonij.*
 82. *Renunciationis remissio vim quandam donationis habet.*
 83. *Donatio nihil aliud est quam iactura quedam.*

CONSILIVM CCXXVIII.

Auxilium meum à Domino.



OST editum consilium meum pro clarissimo iureconsulto D. Federico Copellato peruenit ad manus meas instrumentum cuiusdam renuntiationis per eum factæ in manibus Do. Marci sui patris fideicommissi auito, ad finem & effectum, vt d. Marcus de quota sua liberè disponere posset in Marcelum & Io. Marium nepotes suos ex Andrea fratre suo, prout disposuit eos instituendo. Quare petit à me præfatus Do. Federicus an prædicta renuntiatione repugnare posset intentioni suæ.
 Et sanè prima consideratione subsistebam aduersus eum, quia trita satis est regula, quod renuntiantibus iura sua non datur regressus. I. queritur §. si venditor. ff. de edili. edict. & Do. meus Rimi. consi. 249. nu. 3. Paris. consi. 12. nu. 10. vol. 2. consi. 69. nu. 30. volum. 3. Craue. cõf. 24. nu. 4. consi. 74. nu. 8. Soc. Iun. consi. 94. nu. 31. consi. 129. nu. 2. volum. 3. Rom. consi. 326.

num. 2. consi. 369. nu. 16. Porti. Imol. consi. 19. nu. 36. Senat. Pedem. decif. 444. numero 6. Ceph. consi. 192. num. 16. & consilio 284. nu. 6. Grat. respons. 115. num. 17. vol. 1. Rol. à Valle consi. 57. nu. 14. vol. 4.
 Et licet ius de futuro solaque spe competens simplici renuntiatione non tollatur. I. si ita scriptum. I. si sub conditione. ff. de leg. 2. I. qui potest. §. quod quis. ff. de regu. iur. tamen accedente pacto, vt in instrumento dicta renuntiationis ibi, quia sic fuit inter dictas partes per pactum expressum solemnè stipulatione vallatum, locus est. I. & hæredi §. filiusfam. ff. de pact. l. 1. & ibi glo. Bar. & Doct. C. eod. titu. vbi Do. meus Zuccar. nu. 101. dicit, quod cum hac conditione transeunt omnes. Ratioque differentie probabilis est inter renuntiationem & pactum: quia primo casu tex. in d. §. si sub conditione. de renuntiatione loquens dicit: quia non pertinet ad nos antequam dies veniat, vel conditio existat, quasi velit dicere, quod natura repudiationis est velle se aliquo iure priuare, sed priuatio præsupponit habitum. I. decem. ff. de verbo. obligat. qui habitus non cadit antequam dies, vel conditio veniat, quia ad nos non pertinet, ergo verum est dicere, quod renuntiatione fieri non potest. Quæ ratio cessat in pacto quia pacifcens non solum agit se aliquo iure priuare, sed & se nolle aliquid in futurum petere, & hoc cadit super iure conditionali, ex quo in hoc agit de se priuando aliquo iure, ita declarat post Iacob. Butrig. Bald. in d. l. 1. colum. 2. quem sequuntur Castr. Aret. & Deci. num. 19. Curt. nu. 22. Alciat. in vers. iniquum. in fin. Ripa num. 12. & confirmat D. M. Zuccar. num. 87. vnde cum non agatur hic de simplici renuntiatione, sed pacto & stipulatione vallato, sequitur eam valuisse, dominoque Federico nocere, tantoque magis quia facta fuit dicta renuntiatione Marco presenti, stipulanti & pro eo recipienti, quo casu habet vim pacti, vt determinat Bar. in d. l. 1. per l. tale pactum. in prin. ff. de pact. quæ sententia communis est, vt tenet Alexand. in d. l. 1. num. 5. Saly. in 4. oppo. Iaf. num. 9. Curt. numero 38. sequitur & defendit ab Imola & Decio Dominus meus Zuccar. num. 104. demumque quod iuramento fuit roborata, quo casu & valet, licet iuri de futuro fuerit renuntiatum, secundum Cuma. in l. is qui hæres. ff. de acqui. hæred. seq. Alexand. in l. sed & si quis. §. quæsitum. colum. 1. ff. si quis caut. Iaf. in d. l. 1. nu. 9. Alciat. num. 40. Rip. numero 7. & latius confirmat & à Decio defendit D. meus Zuccar. numero 109. Idemque tenet Heron. Gabriel. consi. 138. num. 9. Paris. consi. 69. num. 12. cum seq. vol. 3. Gerard. Mazzoll. consi. 2. num. 28. & Do. meus Rimi. consilio 409. nu. 13. Nec id mirum videri debet: quoniam iuramentum facit actum valere omni meliori modo quo potest. I. cum pater. §. filius matrem. ff. deleg. 2. cum. sim. per Iaf. in §. item si quis postulante.

fulante, columna secunda. insti. de action. Fely. in c. cum super, colum. pen. de off. deleg. Vnde videmus, quod transactio quæ facta post rem iudicatam non valet in vim transactionis, & pacti, si iuramento subnixta fuerit, valet in vim pacti, prout tradit Bar. in l. si quis maior. C. de transact. quem sequuntur Angel. Castr. & Alexand. & Iaf. num. 7. Veronenf. cautela 41. Fely. in cap. si cautio. de fide instrumento. Do. meus Zuccard. in d. l. prima, C. de pact. nume. 109. & Actio quæ de iure ciuili non oritur ex pacto nudo vigore iuramenti nascitur, vt inquit Matef. notab. 32. nota nouam regulam. Gerardus Mazoll. consilio 26. numero 22. vnde pariter debet hanc renuntiationem validare, nec inualida reputari debet, quod facta fuerit dictis nepotibus Do. Marci patruelibus Dom. Federici absentibus, iux. doct. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. ob. consi. 155. col. fi. uol. 7. Soc. consilio 73. col. 2. volumi ne tertio. Dec. in l. pactum, quod dotali, limit. 6. C. de colla. Calcan. consilio 33. columna penultima. Gra. consi. 42. in fine stante stipulatione nedum Marci, sed etiam notarii pro illis facta, quem pro absentem stipulari posse non est incognitum, vt tenent glof. Bartol. & Alex. in addi. ad eum. in l. 2. ff. rem pup. fal. for. glo. Guli. de Cun. Cy. & alii in l. non aliter, ff. de adopr. vbi dicit Alberi. id totum mundum serua re, & idem Bald. & Dyn. in l. 1. §. exigere. ff. de mag. conue. qui Bal. inquit, ita consuetudine obseruari, pluresque propemodum, quos cumulat Tiraq. in tract. de iur. consi. 3. par. lim. 30. nume. 23. Et licet stipulatio notarii non faciat, vt absentis ius acquiratur ante ratificationem, vt signanter voluit Castr. consi. 197. Vifis quæ narrantur. in antiquis, aliàs 195. volumine secundo, in nouis, Dec. in l. contractus, & post eum Cagnol. ff. de reg. iur. Idemque Dec. consi. 226. col. pen. & si. consilio 247. colum. 4. ver. quinto idem suadetur. cõf. 432. consi. 464. col. 1. consi. 531. ad finem, & consi. 661. col. 2. Cur. iun. consi. 55. col. 3. cum simili. à Tiraquel. cumulat in d. 30. limi. num. 10. quibus addo Rubeum consi. 132. & Plotum, qui congerit in finitos, in l. si quando, num. 12. C. unde ui. sicut & aliàs Antonius Gabriel. Roma. lib. 3. de uerbo. obliga. conclus. prima, num. 100. communemque dicit Alc. in c. cura contingat, nume. 235. de iure iur. & Cagnol. in l. fi. numero 225. C. de pactis. Tamen aduertit debet tacitam ratificationem sufficere, vt uoluit Dec. consi. 686. col. fi. dnas exemplum de tenura accepta & fructuum perceptione, quibus inducta dicitur tacita ratificatio contractus præambuli, in quo notarius fuerat absentis stipularis, idemque Grat. respons. 12. columna prima, uolumine primo, Gozad. consi. 42. col. fin. Tiraquell. in allegata limita. 30. nume. 11. & seq. ubi post Ange. consi. 161. uifo puncto prædicto, col. fi. dicit, quod possidens rem, quæ illi absentis ex contractu

ab alio nomine illius facta cessa fuit, uideretur ratificare eum contractum, quod in casu nostro verificatur, ubi dicti patruels possident bona ipsi absentibus cessa per D. Federicum: uidentur enim d. cessionem ratificasse.
 Non uideretur etiam dubitari posse de dicta renuntiatione prætextu minoris ætatis tunc D. Federici, seu læsionis alicuius suæ. Nam quod attinet ad minorem ætatem, cum confessus in instrumento fuerit, se maiorem 25. annis succedite statum Placentiæ, libro tertio, rub. 34. uolens quod pro maiore habeatur in contractu, in quo confessus fuerit se maiorem 25. annis, & sic in dicta renuntiatione, nec de ualiditate talis statuti uideretur ambigendum; quoniam (vt inquit Bal. in l. 1. ff. de minor.) statuta terrarum possunt ampliari, uel minueri tempus ætatis legitime, prout placet, quia non sunt minoris auctoritatis statuta, quam leges Longobardorum, sed cum claram eius determinationem habeamus, non est ulterius inuestigandum, Bal. in l. Gallus. §. si eius, secundo not. ff. de lib. & posth. Dec. consi. 488. colum. 1. consi. 163. nu. 7. Marf. consi. 131. num. 20. consi. 133. num. 18. inanis enim est disputatio, ubi est statuti decisio. Comen. consi. 109. in fin. vol. 1. Ceph. consi. 138. n. 20. uol. 1. tantoque magis quod alio statuto præcedenti cauetur, puberè, qui confessus est se maiorem 25. annis esse, non audiri contra proprium sacramentum, nã quãdo statutum denegat alicui audientiam, talis non potest agere etiam in iudicio fauorabili, sicut esset possessorium recuperandæ, vt tradit Domin. in c. in nomine Domini. 23. distinct. Ruin. latius confirmans consi. 49. num. 7. uol. quarto. Quin adeo sibi nocere uideretur iuramentum adhibitum maioris ætatis, ut nec in integrum restitutione uideatur rescindi posse ratificationem, quasi dominus Federicus iurans de cetero restitutioni renuntiasse censetur. Bar. in l. nã & postea. ff. de iure iur. in fi. & in l. sciendū, ff. de uerb. obl. ubi latius Alex. n. 34. dicens sic esse cõem practicam. Fel. in c. si diligenti, col. 4. uer. secundum corollarium. de for. comp. Soc. cõf. 115. nu. 7. Dec. consi. 31. sub nu. 3. uer. & stante tali iuramento. Quod ex alio comprobari uis, & omnis difficultas cessare uis, quoniam minor ratificationem se maiorem, prout fecit D. Federicus, ratione mendacii perdit beneficiū restitutionis in integrum. l. 2. & 3. C. si min. se maio. Anch. consi. 226. legitur in canone. col. 2. Cur. consi. 119. nu. 5. sicut et uidemus, quod si minor iurauerit non ueni re contra processum, non poterit restitutionem in integrum implorare. Aret. in §. appellatur, col. 3. uer. si autem, insti. de excep. sicque seruari testatur decif. Tolof. 45.
 Respectu uero læsionis, ubi prætenderet eã D. Federicus, dici posset, eum frustra laborare pro rescindenda, uel annullanda dicta renuntiatione: quoniam quando fecit eam, pendebat conditio fidei commissi: quia uiuebat Hip. Rim. T. Secundus. Yy Do.

Do. Marcus post cuius mortem vocabatur, & agebatur de iure quærendo spe tantum, non autem de quæsto, nec de delato D. Federico, quoniam primo casu ¶ valet renunciatio nõ obstante enormissima læsione, si quidem ea nõ consideratur in iure quærendo, sed in quæsto tantum, vt distinguit in effectu Corn. consi. 1. l. colum. 1. iuncto consi. 13. ver. nec supradictis de cisionibus, volum. 3. Paris. consi. 26. nume. 81. & 86. volum. 3. latè Rub. consi. 12. colum. 3. qui sic

22 Doctores animaduertit tenentes ¶ renuntiationem iuratum valere, quando agitur de iure quærendo non obstante enormi, vel enormissima læsione; Qui verò contra tenent eos loqui in renuntiatione iuris quæsti, vbi bene læsio enormis considerari potest. Idemque tradit aperte Craue. consilio 114. nume. 13. motus earatione; quia renuntians præmori potuisset ordine turbato; & hoc etiam confirmatur ex eo, quod dici solet ¶ ob incertitudinem læsionem considerari non posse, vt per Bal. in l. 2. colum. 4. vers. huic accedit, C. de rescind. venditio. & post eum Pantal. Cremens. nume. 133. & in iactum retis emente, iux. l. si iactum retis, ff. de actio. empti. nam cum incertum is emat, læsus dici non potest, rescissorioque remedio caret, Cremens. in d. l. 2. nu. 119. cum similibus, quos adducit Menoch. consi. 1. nume. 354. nam & ius quærendum dicitur incertum. Vnde patet renuntiationem præfatam omnino valere, tantoque magis id dici debet: quoniam Do. Federicus motus fuit ad ita renuntiandum patruelib. suis; quia pauperes erant, & parum in bonis habentes, quodque nisi Domi. Marcus eis subueniret, se alere, nec sustinere possent; sed vitium aliunde querere cogentur, prout asseruit in instrumento, vnde patet eum causa pietatis ¶ dictam renuntiationem fecisse, vt per Speculat. in titulo de instru. edi. S. nunc verò aliquid. vers. & scias. Bal. in auth. similiter, & post eum Rom. col. 1. C. ad l. falci. Bal. in l. illud, col. 4. & ibidem Castr. C. de sacrosan. eccle. tenentes relicta pueribus computari inter relicta ad pias causas, sequitur Tiraq. in tracta. de priuile. pæ causæ, in præfatione, colum. 5. vbi dicit, quod in hoc omnes conueniunt, & bene: quia sic etiam cõcludit Ias. in l. cum i. S. si mulier. ff. de cond. ind. latiusq; Cornelius Benin. casus in tract. de pauper. quæstio. quinta. per totam. At quæ intuitu pietatis ¶ conceduntur, sunt irreuocabilia, vt inquit Signor. consil. 26. quæstio talis est, vtrum donat. col. 2. vers. præte rea. per tex. in d. l. cum is. S. si in ea. cum similibus per eum, quem sequitur Tiraquel. in d. tracta. de priuileg. pæ causæ. priuilegio 119. & probatur in S. finali. inst. de oblig. ex quasi contracta. ubi pietatis intuitu relicta, licet indebitè soluantur, non repetuntur.

Postremò non omittitur, talem renuntiationem cum magna deliberatione fuisse factam, postquam Do. Federicus aduocatos, &

peritos consuluit, qui laudauerunt & consulerunt sic per eum fieri, prout in instrumento dicitur. Sicut enim illud dicitur bene delibatum, ¶ quod fit cum consilio Seniorum.

27 l. cõsensu. C. de repud. seniores ¶. n. præsumuntur sapientes. c. estote. 1. q. 1. & in senibus præsumitur scientia. Bal. in l. senium. C. qui test. face re possunt. Rolandus à Valle consilio 1. nu. 92. vol. secundo, ita pariter deliberata dici debet d. renuntiatio facta cum consilio dictorum aduocatorum, & peritorum, idque consilium, posito qd potuisset esse malum, sicut bonum, præsumitur ¶ dēt fuisse bonum, non autem malum, ut per Bald. in l. seruum fugitiuum, col. 3. vers. & nota. & ibi Ias. col. 5. ver. tertio multum nota. C. de ser. fugit. Alexand. consi. 125. col. 4. in fin. uolum. 4. Gabriel. Rom. lib. 7. de criminal. conclus. 2. col. 1. quare valida censi debet & penitus obseruanda d. renuntiatio.

Licet tamen hæc satis colorata videantur, & obstare D. Federico, nihilominus in contrariã sententiam ad illius fauorem pertranseo. Motus uerò in primis: quia tunc quando renuntiauit erat minor annis 25. & in totum fuit lesus. Primum patebit ex probationibus facti, si negabitur. Secundum re ipsa detegitur ex instrumentis, in quo renuntiauit omnibus, & quibuscumque iuribus sibi competentibus in euentum dicti fideicommissi testatoris aui sui, & tamen nihil ob id consecutus fuit, quibus ita stantibus;

29 ¶ tex. in c. quamuis. de pact. in 6. locum nõ habet. in quo disponitur, quod si filia dote contenta renuntiauit in manibus patris cum iuramento bonis paternis, tenetur illud iuramentum seruare, nec potest contrahere; nam si fuit enormiter lesa bene potest reclamare, ut voluit Anchar. in reg. accessorium, col. 3. vers. si. pro declaratione prædictorum. de reg. iur. in sexto, dicens se Senis consuluisse, quod soror que renuntiauit cum iuramento fratri hereditatem paternam valoris quatuor millium, receptis sexcentum, poterat non obstante tali renuntiatione, & iuramento contrahere propter enormem læsionem. Quia in tali casu iuramentum si ligaret, ¶ esset ¶ iniquitatis uinculum, quod non debet, 22. quæstione quarta. c. inter cætera. cap. quanto. de iure iur. auth. quod eis. C. de nupt. Domi. meus Rimini. consil. 222. nume. 2. Paris. consi. 69. nume. 17. uolum. 1. Rol. à Valle consi. 7. nu. 47. uol. 3. & ¶ ut addit, tres comites habere debet, ueritatem, iudicium & iustitiã. c. animaduertendũ. 22. q. 2. Idemque Natta cõf. 631. nu. 9. Paris. consi. 75. nu. 29. vol. 3. Craue. cõf. 144. num. 16. eiusq; sententię fuit & opinionis ¶ Anch. in aliis plerisque locis, quos cumulat Dec. alios addens consi. 180. sub nume. 4. consi. 203. colum. fi. consi. 230. col. fi. vers. quarto, consi. 349. colum. 3. num. 6. consi. 379. col. fina. consi. 551. col. prima, & secunda, & consi. 616. dicens esse communem, totque variis exornat quotis Cepha. consi. 34. nume. 20.

& consilio 142. numero 25. & alios insuper adiungunt idem tenentes, decif. Neap. 322. Cur. iun. consilio 141. Paris. consilio septimo, in fine. volumine secundo. Grammatic. decif. 111. numero 104. & Rolandus à Valle consilio septimo, numero 44. cum sequentibus, volumine quarto, & in eis sigillatim memorandis, nihil aliud est quàm conterendo tempus caritas prolixiores reddere, quod bene ¶ consulti non conuenit, sed ad rem respondere sine verborum multiloquio, vt docet Aret. consilio 6. in principio, relatus à Rolando à Valle consilio 61. numero primo, volumine tertio, quare si minori ¶ renuntianti succurratur grauius læso, qui tamen aliquid recepit ab eo qui renuntiauit, vt prædicti loquuntur, multo magis obseruanda debet domino Federico qui nihil prorsus accepit à patruo, suisque patruellibus; & in his terminis accedit Anchar. consilio 39. pro clariore decisione. vbi limitat dictum cap. quamuis. habere locum prout loquitur, quando mulier dorem recepit competentem usque ad legitimam in bonis patris cui renuntiauit; Vnde infert, renuntiationem non ualere etiam iuramento firmatam in hereditate matris, ex qua nihil habuit; quia tali casu non loquitur d. cap. quamuis, & quod per renuntiationem merè nihil percepto renuntiarum cõ iuramento posset, esset valde inhumanum, & rigorosum, vt inquit Anchar. ibidem, quem sequitur Dec. in allegato consilio 180. pariter in casu suo concludens columna quarta, renuntiationem filii non ualuisse in casu suo respectu hereditatis maternæ, ex qua nihil percepit Vnde sic ad vnguem domino Federico dici debet in casu suo.

Secundò moueor: quoniam dicitur in instrumento, quod cum dominus Marcus uellet nepotibus suis bona sibi à patre relicta in dicto testamento post eum relinquere, & hoc agere, accedente etiam consensu D. Federici, & ad hunc effectum pluries penes dictum dominum Federicum instetisset, vt in prædictis suum consensum, & uoluntatem præstare uellet, & in hoc sibi complacere, hinc est, quod d. D. Federicus &c. Ex quo enim ex his tot persuasionibus;

35 ¶ & instantiis patruui sui adductis fuit dominus Federicus ad renuntiandum dictis bonis fideicommissi subiectis, dolus ex proposito appetere arguitur: l. cum quis. & ibi Bartol. ff. de dolo, gloss. in l. apud Celsum, ff. de excep. doli. hinc idem Bartol. in l. prima, in principio. ff. de eo per quem fact. erit, dicit, quod persuasio ad uersarii dicitur iusta causa concedendæ restitutionis in integrum, nimiaque ¶ persuasio, per quam quis inducitur ad aliquid faciendum, habetur loco coactionis & compulsionis. l. eũ qui C. de apostat. l. prima, ante finem. C. de raptu virg. quæ iura ad hoc propositum citat Castr. consi. 177. contra superius consultam, & casui nostro similem proponit filia patri suo fecerat renuntiationem nimia persuasio

nepatris ad id inducitur pro quingentis ex dote materna, quæ erat propria ipsius filia; residuo bonisque paternis ad triplum ascendentibus renuntiano, ex enim tam nimia, & enormi læsione dicit Castr. dolum induci, qui quandoque committitur etiam circa uolentem, & scientem, quando quis caliditate seductus, & sollicitatus uult & consentit l. 3. S. si quis uolentem. vers. sed & si uolentem, ff. de lib. hom. exhib. l. 1. S. 2. ibi, persuadere. ff. de ser. corru. vbi habetur, quod nimia persuasio, per quam quis inducitur ad aliquid loco compulsionis & coactionis habetur, vnde subiungit, quod illa filia nesciens, aut non aua contradicere patri, tale quid ab ea poscenti, non libera uoluntate dicitur uoluisse, sed persuasione patris seducta & idem quod Castr. tradit ad vnguem Soc. consi. 263. colum. 2. uol. 2. quem refert & sequitur Cur. iun. consilio 141. col. penul. Craue. post alios consi. 192. nume. 12. Idemque consi. 10. nu. 17. post Oldrad. consi. 36. dicit, quod ¶ persuasio plus est quàm compulsiõ, & cum prædictis etiã concordat Natta in renuntiatione loquens cõf. 166. nume. 4. Sic enim dici debet in casu nostro, ubi patruus tam enixè sepius instet, vt cõsentiret D. Federicus ei, quod patruelibus relinqueret bona, quæ poterant ad eum peruenire ex fideicommissio quasi certo per mortem præambulam Do. Marci sine filiis masculis legitimis, cum presbiter esset.

Tertio non prætereo, quod in instrumento dicitur D. Federicum renuntiasse d. bonis, vt in hoc iusto desiderio Do. Marci patruui morem gereret. Ex quibus uerbis ¶ apparet, eum fuisse ad id motum metu reuerentiali dicti patruui, cui fecit illam renuntiam. l. 1. S. qui onerandæ. ff. quar. rer. act. non det. & concurrente ¶ læsione totali nedum grauisima, minæ non fuerunt necessariæ ad hoc, ut dicatur metu reuerentiali renuntiasse, vt concludit Castr. in d. consi. 177. col. 2. Soc. consi. 263. colum. 2. uolum. 2. Dec. in l. pactum, nume. 7. C. de colla. & in c. causam matrimonii. de off. deleg. Rom. in l. si cum dorem. S. eo autem tempore. ff. soluto matrimo. Abb. consilio 77. numero 11. & consi. 100. nume. 4. Cephal. consi. 34. nume. 31. consi. 142. nume. 38. consi. 207. nume. 73. & consi. 295. nume. 13. Ruin. consi. 170. nume. 17. uolum. 1. Soc. iun. consi. 47. nu. 34. vol. 3. Crauet. consi. 114. nu. 1. Rol. à Valle consi. 10. nume. 131. uolum. 4. Curt. iun. consi. 141. nu. 11. Gramma. decif. 103. nu. 49. Capit. decif. 159. nu. 34. Boer. decif. 100. nu. 18. Dida. in 3. par. c. quamuis. de pact. in 6. S. 4. nu. 7. Neuijan. latè consi. 22. nu. 20. Senat. Pedem. decif. 179. nu. 6. tantoque magis accedente præuatiua suasionem ne dicam importunitate patruui, quæ metum arguit, vt per Innoc. in c. petitio. de iure iur. Bar. in tract. de Tyrnani. q. 6. Ias. in S. quadrupli. col. 8. nu. 66. insti. de action. Craue. consi. 10. n. 17. Neui. cõf. 22. n. 22. Ias. consi. 33. nu. 8. uol. 4. Sena. Pedem. decif. 179. nume. 4. merito

venit ex isto capite dicta renuntiatio rescindenda secundum predictos scribentes. Nec defendi potest ex clausula sponte &c. renuntiavit & cedit; quoniam presupposito quod in renuntiatione sit dolus presumptus ex enormissima laesione, nimia persuasione, metuque reuerentiali simul iunctis sequitur omnes alias clausulas in instrumento positas censeri positas caliditate, doloque dicti domini Marci. argumen. l. doli clausula, versiculo diuersum, ff. de nouatio. nam cum omnia gesta fuerint simul, omnia presumuntur dolo & metu exorta, iux. not. per Bartol. in l. finali. S. item quæsit, ff. de conditione indeb. sicque respondet ad propositum Soc. in allegato consil. 263. columna sexta, postque Curt. iun. Alba consilio 81. numero 53. plus addens, quod clausula ex certa scientia, sicut & renuntiatio exceptionis doli, stante enormissima laesione nihil operantur, sed augent suspicionem laesionis, & doli, ut per Corn. consilio 180. numero septimo, & 23. volumine primo. Decium consilio 180. columna finali, numero octauo, & nono. Vnde remanet ex predictis intentio domini Federici de iure satis munita, quæ tanto clarior apparebit sublatis sigillatim contrariis supra adductis, ad quod libenter & promptè descendo.

Non obstat igitur in primis illa vulgaris regula, quod renuntiantibus iura sua non datur regressus: nam procederet, quando renuntiatum domini Federici ortum haberet extra factum domini Marci, cui facta fuit, alioquin secus; quia renuntiatio nunquam includit ea quæ ortum habent ex facto illius cui renuntiatum fuit. l. qui officii. S. finali. ff. de contrahenda emptio. facit tex. l. cum proponas. C. de naut. fgn. per quæ iura dixit Dec. consilio 27. columna prima, versiculo tertia est. Quod renuntiatio generalis exceptionum nunquam intelligitur excludere exceptionem quæ ortum habet ex facto agentis. Idem tenet Paris. consilio septimo, numero 22. volumine secundo, & in terminis dictæ regulæ sic respondet in notabili casu Rolandus à Valle consilio 95. numero 38. volumine primo. At renuntiatio domini Federici habuit ortum à suasionibus domini Marci, qui eum induxit ad id, & sic ex facto illius exorta fuit dicta renuntiatio, merito non excludit, quominus reclamare possit de dolo causato ex laesione totali, & dicere de nullitate dictæ renuntiationis, & eam impugnare, & cum predictis concordat Abba. consilio 81. numero 51. dicens regulam predictam locum non habere, quando laesio est magna, per allegata per eum. Quod etiam confirmatur: nam renuntiatio redditur inuoluntaria quoties continet dolum si non ex proposito saltem re ipsa, qui causatur ex enormissima laesione, & proprio dolo comparatur secundum magis communem opinionem quam

tenuit ubique Anchara. videlicet in repetitio. capituli primi, de constitutio. carra vigesima secunda, versiculo ego etiam consului in ciuitate Senarum, consilio 39. pro clariori, columna secunda, uersiculo pondero, & in final. uerbis. & in consilio 180. uisa diligenter. Abb. in cap. cum contingat. colum. 18. de iurciur. uer. nonus casus. ubi etiam hoc firmat in minore iurante, dicens, quod hoc casu idem operatur dolus re ipsa, & dolus ex proposito, idemque tenuit consil. 8. colum. 2. uersu. pauci enim sunt, secunda par. Corn. consil. 11. volum. 3. Dec. consil. 180. qui dicit esse communem, sicut & Soci. iun. consil. 129. nume. 40. vol. 1. consil. 144. nu. 12. eodem uolum. Crauet. consil. 7. numero 5. Do. meus Rim. consilio 189. colum. penul. & fi.

Hinc enim sequitur aperta limitatio dictæ regulæ, quæ habet, quod renuntiantibus iura sua non datur regressus, ut locum non habeat stante grauissima laesione, si renuntiatio dicitur eam inuoluntaria; quia per eius rescisionem datur regressus ad iura sua, dato quod pacto, presentia partis, uel iuramento uallata fuerit; Quoniam quando minor enormissimè læditur in contractu; quia tunc re ipsa uere est dolus; quia sic lex presumit, iuramentum non obest minori solum propter presumptionem doli, ut per Anch. in d. c. primo q. 11. de constitu. Corn. consil. 11. colum. 1. & 2. uolum. 3. Cuman. consil. 180. Barb. consil. 55. col. fi. vol. 2. Paris. consil. 89. colum. pen. & fina. vol. 5. Crauet. consil. 99. nu. 20. & consil. 192. uol. 2. Rol. à Valle consil. 7. nu. 43. & seq. uolum. 3. Gerard. Mazzol. consil. 25. nu. 7. consilio 100. nu. 96. Quod adeo uouerunt est, ut plerique uelint, iuramentum à iuramento necessariam non esse, ut But. in d. c. cum contingat. col. 8. uer. quartus casus. Corn. consil. 166. col. 2. consil. 189. col. 3. uol. 1. Cuman. consil. 180. col. pen. Dec. in d. consil. 180. col. 3. tamen ad omnem disputationem tollendam ad abundantem cautelam peti potest absolutio à predicto iuramento. tæque est omnino concedenda, secundum Bal. in rub. C. de rerum permut. uer. item quare. Ancha. consil. 375. columna 2. ubi concludit, iuramentum interpositum super actu iniquitatem, uel iniustitiam continente debere per superiores relaxari, sequitur plenius Soc. iun. consil. 48. nume. 29. & 30. uolum. 1. quibus accedens Bald. in cap. 1. S. item sacramenta, colum. 4. de pac. iuram. firmand. dicit, quod boni præfides faciunt iuramenta minorum, & uoluntas extorsiones cassari per capturam personæ, sequitur Iaf. in l. generaliter, nota. 3. ff. de uerborum obligatio. Rolandus à Valle consilio septimo, numero 50. volumine tertio. Postremò cessat & illud, quod ius, siue dominium fuerit acquisitum dictis patribus mediante stipulatione Marci, uel Notarii pro illis facta iuncta eorum ratificatione tacita, uel expressa, nã presupposita nullitate dictæ renuntiationis ex rationibus supra adductis nullum ius, uel

vel dominium fuit illis acquisitum. l. prima, S. si uir. ff. de acquirenda possessio. l. Quemadmodum. C. de agricol. & cens. libro undecimo. Bero. consilio 89. numero 2. volumine primo, sed rei vindicatio competit domino Federico l. finali. S. si autem sub conditione, in fi. C. com. mun. de lega.

Nunc ad illud transeo, quod confessus fuerit se maiorem, proque tali sit reputandus ex statuto Placentino libro tertio, rubrica 34. dicoque considerandum esse primò, quod illud statutum diligenter aduertit debet, quod loquitur, quando pubes sponte confessus fuerit se maiorem esse 25. annis in contractu, debeat igitur eius confessio fuisse sponte facta, & ab eius libera voluntate manasse, non autem propter aliquam necessitatem, prout denotat dictio sponte. l. munus. S. dona. ff. de uerborum significati. ubi dona dicuntur, quæ nulla necessitate iuris, sed sponte præstantur. Vnde Virgilius cecinit dicens.

Sponte sua Sandix pascentes vestiet Agnos.

Et spontaneum dicitur, quod est uoluntarium, ut Ambrosius de terra scribit, quæ spontaneos fructus germinat. Hæc autem qualitas statuti probari debet, ut illud habeat locum, prout est doctrina Bar. in l. prima. ff. ne quid in flum. pub. Ioan. And. in cap. primo, de homici. libro sexto, & post eos Alexand. consilio 161. in princ. uolum. quinto. Idemque tradit Dec. in pluribus locis, videlicet in consil. 18. nume. quarto, consil. 44. in princ. consil. 356. numero quarto, consil. 434. in princ. consil. 440. in princ. consil. 550. numero quarto, & consil. 589. numero 7. Mars. lingu. 187. Rube. consil. 16. nu. 14. dominus meus Riminal. consil. 58. in fine, & consil. 114. nume. 8. Sed in instrumento non reperitur adiecta dictio sponte, confessioni domini Federici maioris ætatis suæ, merito cessare debet dictum statutum, prout in alio statuto nostro Ferrarie sic arguit Ruin. consil. 190. columna secunda, volumine primo, de confessione mariti dotis receptæ, cum expressa obligatione bonorum in instrumento valida: dicit enim Ruinus, quod cum illud statutum ualidet illam confessionem cum certa qualitate, videlicet obligationis bonorum, debet illa qualitas verificari, ad hoc ut statutum locum habeat, ut per Ioan. And. & alios quos citat. igitur in instrumento confessionis dotis non reperitur expressa obligatio bonorum, cessat statutum, nec ualet dicta confessio uelut ab ipso statuto improbata, nam validando confessionem factam cum obligatione bonorum dicitur inuoluntaria, & annullare factam sine dicta obligatione, prout ibi latius pereum. Sic igitur in casu nostro dici debet, quod cum statutum Placentiæ uelit haberi pro maiore puberem sponte confessum se maiorem in contractu, sequitur, ut non probata qualitate predictæ spontaneæ confessionis, nolit dictum statu-

tum talem consistentem haberi pro maiore, nec confessionem sibi nocere.

Tertiò tantum abest, ut dicatur sponte confessus Domi. Federicus se maiorem, cum metu reuerentiali patri sui fuerit inductus ad renuntiandum, ut in tertio fundameto deduxi, nam

57 **†** metus est contrariis uoluntati, & libertati. l. nihil consensui. ff. de regu. iur. Rol. à Valle consil. 95. nu. 31. uolumine primo, & dato

58 **†** uerbo confitens esset præposita dictio sponte, sicut inferius reperitur præposita uerbo renuntiavit, non tamen d. confessio maioris ætatis diceretur spontanea, cum per eam dictionem metus non tollatur, subsistente iusta causa metus; quia eodem timore reuerentia patri sui, quo inductus fuit Do. Federicus ad renuntiandum, eodem diceretur inductus ad affirmandum siue confitentium se esse maiorem l. doli. S. diuersum. ff. de dol. exceptio. Vnde per hoc actus d. confessionis non posset probari sponte factus, ut declarat notab. Imol. in c. sollicitè. de resti. spol. quem refert & sequitur Aret. consil. 14. col. 12. & Rol. à Valle consil. 2. nu.

59 **†** 1. uolum. 1. minus quoque me torquet statutum præcedens dicens, quod nullus pubes confitens se maiorem 25. annis audiat contra proprium sacramentum, nam primò dici potest, quod intelligi debet de confitente sponte se maiorem, prout clarè dicitur in statuto sequenti; quia per unum statutum aliud declaratur. Bar. in l. omnes populi, 2. q. 6. q. prin. ff. de iust. & iure. Alexan. consil. 123. uol. 4. Dec. consilio 13. cum similibus, quos cumulaui consilio 73. numero 53. Nunc addens Simonem de Pretis consilio 80. numero 56. dicentem, quod unum statutum intelligitur, & interpretatur secundum aliud statutum, prout lex communis secundum aliam interpretatur, ne sint adinuicem contraria. per l. sed & posteriores. ff. de leg. ideo statutum per aliud statutum suppletur. Socin. consilio 147. columna quinta, volumine primo, & recipit declarationem ab alio statuto. Dec. consilio 65. numero quarto,

62 **&** ad inuicem sunt concordanda statuta. Baldus in l. prima, columna prima, uersiculo quæro quid si statutum. C. qui bon. ced. pos. & consilio 10. in fin. uolumine primo. Alexand. consilio 48. numero 6. uolumine tertio. Dec. consilio 233. sub num. quarto. Quinimò tam pro-

63 **†** cedit dicta conclusio, quod unum statutum potius recipit declarationem ab alio statuto, quam à iure communi: quia in habentibus simbolū facilius est transitus, ut inquit Anch. consil. 93. l. ita D. uerf. non obstat. col. 423. uiso puncto. col. fi. Dec. consil. 65. n. 4. consil. 158. col. 1. & col. 30. nu. 10. Paris. consil. 22. nu. 87. uol. 2. consil. 97. nu. 18. vol. 3. Soc. iun. consil. 1. nu. 29. uol. 2. Simon de Pretis consil. 85. nu. 36. at confessio D. Federici maioris ætatis non fuit spontanea, ut supra deduxi, merito statutum cessare debet, & ille dicitur

64 **†** audiri. Confirmatur, nam statutum, sicut lex

debet esse sanctum & honestum. c. erit autem lex 4. distinctio. sicque venit interpretandum, ne contineat aliquod iniquum, & absurdum glo. in l. damni. S. si is qui vicinas. ff. de dam. infect. Bal. in l. quicunque, columna antepenultima. verficulo quarto casu. C. de ser. fugitiuis.

65 † & ne à sapientibus possit reprehendi. l. Saluius Aristo. ff. de lega. præstan. quam ad hoc se pius allegat Baldus in suis consiliis, vt refert Marcari. consilio 63. columna penultima. Vn-

66 de † quando resuleret absurdum † verba summi debent eo modo quo cesset absurdum, vt tradit Alexand. consilio 61. columna finali, volumine primo. Natta consilio 266. numero quarto, & latè de prædictis meminit Brun. in tract. quòd stant. masc. art. 5. numero 12. cum seqq. At certè si quis confessus esset cum iuramento se maiorem coactè, uel metu reuerentiali, non audiretur & iuramentum, & statutum essent iniquitatis vinculum, igitur intelligi debet dictum statutum de sponte confessio.

67 † Secundò, ne in claris immoremur, statutummet fallentiam ponit regulæ suæ, quòd nõ audiatur, nisi dolo, vel fraude, vel vi sacramentum sit exortum, at ex enormissima læsione, quam Domi. Federicus incurrit renuntians fideicommissio dolo arguitur, & ex assiduis persuasionebus patris inductus coactus dicitur renuntiasse, iuxta prædicta, meritò debet audiri, vt in limitatione statuti continetur,

68 denotat † exceptionem dictio nisi, in eo posita, Rol. à Valle consi. 49. nu. 12. volu. 3. & cum

69 statutum præcedat negatiuè loquens † ibi. Nullus pubes audiatur, subiiciendo, nisi dolo & c. ponit & affirmat illum audiri, vt not. Docto. in l. actione. C. de transact. Ruin. consi. 191. nume. secundo, volum. secundo. Bero. consi. 84. numero 17. & consi. 133. numero secundo, vol.

70 secundo. † Et quòd dicebam, minorem qui se maiorem asseruit, perdere beneficium restitutionis in integrum ratione mendacii, bene procedit, si sciuit se minorem esse, vt denotat

71 verbum † mendacii, quòd (vt Augustinus dixit) est falsa significatio cum uoluntate fallendi, quem referunt glo. & Bald. in l. de etate. S. si cum esset, ff. de intero. act. l. si quis extra neus. num. 4. ff. de acqui. hæred. & sic scientiam præsupponit, secus autem si ignorauit, vt not. Abb. consi. 81. colum. 3. vol. 1. & Ang. consi. 160. colum. pen. ubi dicit, q̄ minor asserens se maiorem non perdit beneficium minoris ætatis, nisi

72 si animo decipiendi sui dixerit, qui † animus decipiendi in dubio non præsumitur, nec præsumi uidetur, nisi probata eius scientia, vt concludit Crauct. consi. 221. numero 9. sic declarat & respondens contrario. At non constat, quòd Do. Federicus tunc quando se maiorem confessus fuit, sciret se minorem esse, nec in dubio præsumitur scientia, sed potius ignorantia. l. uerius. ff. de probato. ergo patet sibi quòque beneficium restitutionis in integrum nõ

esse denegandum, sed potius concedendum.

73 Ad illud verò † de læsione sua non consideranda, cum de iure querendo tractaret tempore renuntiationis, quo casu renuntiatione firma manet non obstante enormissima læsione, diligentius animaduerti debet, quòd uerius dicitur agi de iure quæsito, quàm querendo inspecto tempore mortis domini Marci potius quàm tempore renuntiationis, idque manifesta ratione demonstratur. Quoniam renuntiatione prius effectum sortiri non poterat, quàm deberet hæreditas testatoris per mortem dicti Marci sine filiis acquiri domino Federico; censetur enim renuntiatione per eum facta sub tacita conditione, si sibi renunciandi deferretur, quæ non poterat dici delata, nisi mortuo prius domino Marco. Ita pulchrè considerant, & arguunt Ruin. consilio 104. numero secundo, volumine primo. Rip. libro primo respon. capitulo sexto, & Cephal. consilio 34. numero 18. quare patet in d. renuntiatione tractari de iure quæsito non autem querendo, cum & † renuntiatione sit quedam priuatio, quæ præsupponit habitum, sicque ius quæsitum. l. manumissiones, & ibi Castren. & l. ff. de iust. & iure. l. decem. ff. de uerborum obligatio. ubi omnes notant. igitur hoc stante bene læsio debet esse considerabilis. Sed ulterius stat tex. in d. cap. quamuis. qui loquitur in bonis acquirendis, & excludit dolum,

75 igitur res est certa, quæ uel agatur † de acquisitis, uel de acquirendis, nunquam nocet renuntiatione, nec iuramentum, si modo dolo intercesserit, nam generaliter in quacunq; dispositione dolo semper censetur exclusus, etiam si præsumptus sit, hoc est reipsa causatus ex enormissima læsione. Ita clarè Ceph. concludit in allegato consi. 34. sub nu. 40. & consi. 142. nu. 19. igitur Do. Federico subueniri debet in tali casu constituto.

76 Vtlerius † in quantum dicebatur, ipsum fuisse motum ad renuntians suis patruelibus; quia pauperes erant, & sic intuitu pietatis, & ob id renuntiationem fuisse irreuocabilem, primò respondetur, quòd ex quo non ualisset renuntiatione simpliciter, & sine debitis solemnitatibus facta per dominum Federicum tunc minorem uelut sapiens alienationem, ut inquit Dominus meus Riminaldus consilio 59. columna secunda, nisi causa paupertatis, & pietatis accedente, quæ concurreret in persona dictorum suorum patruelium,

77 propterea non est † standum illius asserioni, quòd essent pauperes, sed aliunde paupertas eorum probari debet, & quòd ob causam pietatis motus fuerit, per ea quæ post gl. notat scribentes in l. si donatione. C. de coll. dicentes, q̄ ex quo non ualet donatio patris in filiū in potestate, nisi propter benemerita filii, ad iustificandum donationem non statim asserioni patris dicentis benemerita filii præcessisse, sed

de ueritate bene meritorum constare debet & ita Bar. Castr. Alexan. l. ff. Dec. D. meus Rim. & omnes ibi, idemque Bart. in l. si forte. ff. de cal. pecul. Oldr. consi. 226. quidam episcopus, col. pen. Butri. consi. 39. in fin. & consi. 46. Anchar. consi. 248. dubium facit. Federi. de Sen. consi. 49. casus talis est. & consi. 143. concessio facta. Abbas consi. 4. videndum, col. 2. vol. 1. & consilio 71. quinq; dubia, col. 2. vol. 5. & ne omnes recenseam sigillatim, plures alii quos cumulat Dec. in d. l. si donatione, nume. 18. cum satis erit addere Crauetam in tracta. de antiqui. tempo. in prima par. nu. 63. Tiraq. in l. si vnquam. uerbo donatione, nume. 91. C. de reuocan. donatio. Simonem de Pret. consi. 38. nume. 6. Natam tam consi. 352. Cephalum consi. 168. nu. 41. & consi. 265. nume. 17. Alcia. in tracta. de præsumptio. regu. 1. præsump. 16. nume. 2. Franciscum Becium consi. 113. nume. 24. & plenè Senat. Pedem. consi. 172. colum. 1. & seq. quam cito consi. 77. nu. 25.

Secundò posito, quòd stādum foret assertio ni prædicta D. Federici, non tamen inde sequitur, vt d. renuntiatione dicatur facta causa pietatis; nam considerandum est, quòd facta fuit dictis patruelibus, & sic consanguinis ipsius D. Federici, quo stante, posito q̄ uerè fuissent pauperes, vt asseruit, ex quo simpliciter renuntians uir, † non expresso, quòd pro anima sua id faceret, non dicitur id ratione pietatis fecisse, sed ratione consanguinitatis, vt est pulcherrima doctrina Roman. in repetit. auct. similiter, colum. 1. nu. 3. C. ad l. falc. querit enim, si pauperi consanguineo relinquat, cõseatur ad pias causas relictum? Distinguit, quòd aut relinquitur simpliciter, & tunc ad pias causas non censetur relictum: ex eo quia relictum consanguineo præsumitur in dubio relictum contemplatione consanguinitatis, non autem paupertatis, & sic contemplatione animæ testatoris, etiam si consanguineus præsit loco pio. l. tutor. S. quæ tutoribus. ff. de excusatio. tutor. cum similibus, aut ipsi consanguineo pauperi relictum fuit pro anima, hoc expressè dicto, & tunc censetur relictum ad pias causas, cum tunc uerba testatoris hoc expressè declarant, & adsit in legatario qualitas pietatem concludens, uidelicet paupertas, nam tali casu propter uerba per testatorem expressa cessat præsumptio surgens ex consanguinitate, in incertis enim non aupertatis, in certis locus est coniecturis. l. continuus. S. cū ita. ff. de uerb. oblig. l. pediculis. ff. de auro & argento legato, & hæc decisio Romani fuit de mente Bal. tam dicta auth. similiter. uerficulo quæro quid si legatur, quàm in l. prima, columna secunda, C. de sacrosanc. eccl. ubi dicit, relictum consanguineo pauperi pro anima fiat vt legatum pium dicatur, sicque pariter tenet Dec. consi. 120. col. 2. at nos uersamur in primo casu, quia D. Federicus renuntiauit patruelibus suis, pauperes eos quidem nominando, sed nõ

adiiciendo pro anima, ergo præsumitur intuitu consanguinitatis motus non autem pietatis; sicque renuntiatione reuocabilis permanet, cum non dicatur ad pias causas facta.

Tertiò quòd me quoque plurimū mouet, dico falsam fuisse causam paupertatis allegatam dictorum patruelium; quoniam constat ex diuisione fratrum eos fuisse pares in bonis, immo uerò testatorem Andream patri d. patrueli prælegasse columbariam, hospitium & nonnullas petias terrarum, sicque plus de bonis paternis ipsum quàm ceteros fratres suos assecutum fuisse, meritò † renuntiatione facta propter causam paupertatis allegatam non ueram, nulla fuit, uel ignoranter ex falsa causa Do. Federico suggesta, vt post Dec. consi. 111. nu. 4. 7. & 8. determinat Paris. consi. 12. nume. 101. vol. 2. Nec quicquam releuat, quòd D. Federicus dixerit se informatum de inopia d. patruelium suorum, qui, vt pro posse subueniret, renūciauit eis & c. quoniam cum paupertas allegata d. patruelium non concerneret rem particularem, neq; certam, sed uniuersalem, & incertam, uel eorum patrimonium, quòd in dies poterat augmentum & diminutionem recipere, & D. Federicus reperitur notabiliter deceptus & lesus, præsumitur ignorasse uires patrimonii d. patruelium non obstante sua assertione paupertatis illorum, prout in renunciante bonis & hereditati contingit, dicente se instructum de valore & quantitate honorum, nam † si reperitur notabiliter lesus, præsumitur ignorasse uires patrimonii, sibi que succurrit non obstante sua assertione facta in renuntiatione, vt declarat Paris. consi. 26. nu. 76. vol. 4. post Arc. in l. qui superstitis. ff. de acqu. hæred. Ruin. consi. 107. nu. 16. consi. 136. n. 14. in fin. consi. 120. nu. 12. vol. 1. & consi. 66. nu. 24. vol. 3. Ceph. cõ. si. 142. n. 50. & ita cessat obiectū plurib. modis.

Postremò, quòd pertinet ad deliberationem bene factam mediante consilio aduocatorum & peritorum, quos asseruit tunc D. Federicus adhibuisse, uerè melius esset dicere, quòd male fuerit deliberatum; quia malum consilium reportauit à prædictis, qui debuerunt considerare, quòd duas habebat sorores dominus Federicus alendas, & dotandas; familiamque satis onerosam, in victu, uestitu, libris & id genus magnas impensas subibat, & in futurum maiores sibi parabantur. Vnde successione illius auitæ augmento potius indigebat, quàm quòd eam renuntians donaret; eius enim † remissio uim quandam donationis habebat, secundum Bal. in l. uenditrici. C. de reb. alien. non alien. Bar. in l. si fraudator. in prin. ff. his quæ in frau. cred. Paris. consi. 65. nu. 37. vol. 3. quæ † donatio nihil aliud est, quàm iactura quedam. l. filiusfam. in principio, uerbo perdat. ff. de donat. Adeo quòd minor etiam cum decreto iudicis donare non potest. l. si. S. cum autem. C. si maio. fact. & ibi Bal.

necetiam seruata solenitate statuti, vt post Bur- rrig. voluit Bal. in l. i. C. si aduers. dona. ratione praedicta, quia donare est perdere, sequitur la- rius Natta consil. 173. col. 1. & 2. Igitur cum re ipsa malum habuerit consilium Do. Federicus tunc iuuenis inexpertus & imperitus a praedi- ctis, qui promodica summa tale dederunt ei co- silium, quod pro magna non recepissent, vt vul- go dici solet, sequitur vt ipse veniat excusan- dus non obstante tali consilio sibi perpera praes- fito, vt tradit Bar. in l. bonorum, ff. de bon. pos- sess. Bal. Sal. Alex. Dec. D. meus Rim. & ibi dixi post eos in l. iuris ignoratia. C. qui admi. n. 24. Et ita tandem remotis omnibus contrariis remanet optimè fundata conclusio superius firmata pro Do. Federico, q non obstante renu- tiatione praedicta consequi possit auita bona re- lista Do. Marco, qui sine filiis decessit, petita prius ex abundanti, seu quatenus opus sit, abso- lutione a iuramento praestito per eum in instru- mento renunciationis, ad finem agendi, vt com- munitè fieri consuevit.

Hippoly. Riminaldi Ferrar.

Pro Magnifico Domino Ioanne Baptista Moltio.

ARGUMENTVM.

Statutu Ferrariae, q non fiat translatio reru im- mobilium in forensem, ver. declarantes, re- quirens descriptionem personae in Aestimo communis Ferrariae, non procedit in ciue originario, nec in minore, & sufficit allibratio- nem esse factam ante aditionem hereditatis, infra tam breue tempus arbitrio iudicis.

SVMARIVM.

- 1 Qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tem- pus verbi.
2 Habilitas in hereditatibus tribus temporibus con- sideratur.
3 Qualitas a statuto requisita, debet probari.
4 Casus omissus a statuto remanet in dispositione iu- ris communis.
5 Iure cautum non reperitur, quod ciuis originarius, ut sit capax, requiratur allibratio persone suae. Im- mo contrarium, vt ibidem.
6 Quis proprie dicitur ciuis, castellanus, seu Perri- gena illius Ciuitatis, Castri, seu Territorij, quid ibi natus est, licet munera non subeat.
7 Ciuis quis efficitur electione, i. conuentione, & per creationem.
8 Ciuitas potest introduci per statutum. Item & per Principem, ibidem.
9 Ad substantiam ciuitatis non requiritur scriptura. Pactum eiusdem est efficacia sine scriptura, vel cum scriptura, ibidem.
10 Receptus ad ciuitatem ad eius petitionem censetur

- receptus ad omnia tam priuilegia, quam onera.
11 Statutum Ferrariae, quod non fiat translatio reru immobilium in forenses & c. ad si. ver. declarantes, requirens allibrationem in Aestimo non procedit in minoribus 25.
12 Statutum loquens generaliter & in personam non procedit in minore, ibidem.
13 Qualitas allibrationis, de qua per d. statutum, facta est, quod verificetur ante aditionem hereditatis.
14 Verba haec, nisi fecerit se allibrari, posita in d. statu- to quid importent.
15 Verba fecerit, subiunctiui modi, quod in praeterito, & futuro reperitur, in dubio a l. vel a statuto prolata, intelligitur in futurum, ibidem.
16 Vbi aliquid agendum est intelligitur infra tempus habitae.
17 Tempus breue quot modis dicatur.
18 Statuta, quae de nihilo faciunt aliquid, non ligant ad uenas, vel nomos ciues, qui possunt dici Tyrones.
19 Ciuis ex priuilegio habitans praesumitur habere nobilitatem statutorum d. Ciuitatis.

CONSILIVM CCXXIX.

Auxilium meum a Domino.

VBITAT Excellentissimus D. Iudex aduersus magnificum Do. Ioannem Baptistam de Moltio, nam statutum, q non fiat alienatio, in si. requirit descriptionem personae in aestimo communis Ferrariae, ad hoc ut efficiatur capax. At licet producatur descriptio dicti Dom. Ioannis Baptistae facta die 19. Octobris 1543. no videtur prodesse posse quod ad successionem bonorum & hereditatis Do. Guidonis Strociae, qui decesserat illo anno primo April. nam d. qualitas requisita per statutu, vt quis succedat, debet adesse tempore delatae successionis: quoniam t adiecta uerbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in de licitis. S. si extraneus, ff. de nox. & t habilitas in herede tribus temporibus consideratur, testam- menti, mortis testatoris & aditionis. l. si alienum, S. extraneum, ff. de haered. instit. quae defi- cit hic in primis duobus temporibus. Qualitas t que a statuto requisita probari, & verificari debet. Bartol. in l. i. S. ait praetor, ff. ne quid in flum. publ. Alex. consil. 8. col. 4. uolu. 3. consil. 3. col. 2. uol. 4. cum siml.

Huic fundamento pluribus modis respon- deri potest, & Primò quidem, quod statu- tum loquitur de ciue ex priuilegio, ibi: Adicientes, quod ciuis ex priuilegio non efficiatur capax, nisi fecerit se allibrari in aestimo comunis Ferrariae. Quid autem sit in ciue originario non dis- sponit, sed ille t casus remanet in dispositio- ne iuris communis, l. commodissimè, ff. de lib. & posth. l. si extraneus, ff. de cond. ob caus. cum utrobique notatis. At iure t communi cautum non reperitur, quod ciuis originarius, vt sit ca-

pax, requiratur allibratio persona sua. Immo potius contrarium, quia allibratio persona fit vt quis munera subeat, & tamen quis proprie dicitur ciuis, Castellanus, seu terrigena illius ciuitatis, Castri, seu territorij, quid ibi natus est, licet munera non subeat, vt per illum tex- tradit Bar. in l. i. col. fin. num. 17. verifico. quarto vtrum statuta, ff. ad munic. sequitur Rim. meus consil. 478. nu. 19. Vnde cum probatum sit, D. Ioannem Baptistam fuisse, & esse ciuem origi- narium Ferrariae hic nascendo, merito iam pa- tet, nos esse praeter casum huius statuti de ciue ex priuilegio loquentis. Sed quoniam memi- ni priore loco me attentasse, hunc Do. Ioan- nem Bap. & fratres esse ciues ex priuilegio: quia princeps eos ciues creauit rescribendo pra- ctibus suis, vt magnificus Saracus & Azaiollus deponunt: nam t electione, i. conuentione, & per creationem quis ciues efficitur, i. ciues in uer. electio. & ibi Bart. C. de incohib. ro. l. 1. col. pen. ver. 2. not. num. 16. ff. ad municip. Ruin. consil. 227. col. 1. volum. 1. & sicut ve- ra t ciuitas potest introduci per statutum se- cundum Bart. in l. si is qui pro. emptor, ff. de vsuc. l. si maritus, S. legis, ff. ad leg. Tul. de adult. Paul. de Castr. in l. nulla, ff. de leg. Ruin. d. consil. 227. Ita & per Principem, quid est lex anima- ta in terris. Nec video ad substantiam t talis ci- uilitatis scripturam requiri, sed duntaxat ad probationem, cum iura hoc non dicant, eius- demq; sit efficacia pactum sine scriptura, vel cu scriptura, si alius probationibus potest compro- bari. l. si pactum, quod bona fide, cum ibi not. C. de pact. f. contrahitur, ff. de pignori. cum siml. merito placet & hoc caput non praetermittere, secundum quod isti fratres etiam sunt in casu victoriae: nam si sunt ciues ex conuentione, & creatione Principis, utique debent esse capa- ces successionis: quia t receptus ad ciuitatem ad eius petitionem, censetur receptus ad omnia t priuilegia, quam onera Castri, in l. si Ruffinus, C. de test. milit. & per Bal. post Petr. in l. quod fauore, septima, oppo. C. de leg. cum siml.

confi. 124. nu. 3. vol. 3.
Secundò posito, quod tale statutum minores quoque ligaret, adhuc dici potest, non esse necesse t d. qualitatem allibrationis concurrere tempore testamenti, vel delatae successionis vt in dubijs dicitur, sed satis est, quod postea verificetur ante aditionem hereditatis, vt colligitur ex doctrina Bartoli in l. ventre. col. 3. verifico. tertius casus, ff. de acquiren. haered. dum vult, quod stante tali statuto haeres decedens ante allibrationem transmittat hereditatem non aditam. Hinc enim patet, non esse neces- sarium, quod allibratio praecedat delationem hereditatis; sed sufficit eam fieri post, si eque ponderat, & deducit illam doctrinam Bartoli Socin. l. un. consil. 18. numero 19. volumine 3. quam dicit esse communiter receptam, eam- que pariter sequitur Ruin. consilio 71. col. 1. volumine 1. & horum sententia confirmari potest egregia ratione, nam statutum dicit q ciuis ex priuilegio non efficiatur capax, nisi fecerit se allibrari, pondero illud t verbum fecerit, subiunctiui modi, quod in praeterito & futuro reperitur, nam in dubio a lege vel statu- to prolatum intelligitur in futuro: quia de na- tura legum & statutorum est, dare formam futuris. l. leges, ff. de leg. Ita Bar. Imola, Cum. & Socin. in l. solemus, ff. de condi. & demonst. Castr. in l. cum lex, ff. de leg. Ang. Aret. instit. de leg. in prin. l. si iniqui Romae. S. Augerius. col. 3. ff. de verbo. obligat. sensus est igitur huius statuti, quod talis ciuis non efficiatur ea pax successionis delatae, nisi fecerit, scilicet in futurum se allibrari post d. successionem dela- tam, non autem vult, quod in praeteritum, & ante casum successionis fuerit allibratus. Et si dicatur, secundum hoc talem ciuem nun- quam incapacem futurum esse: quia semper poterit se allibrari facere. Vnde secundum hanc intelligentiam statutum hoc nunquam pos- set verificari. Respondetur in t actu praefato al- librationis inesse tacitum tempus, id est, quod fiat, iux. l. continuus, S. cum ita, ff. de verb. obli- gatio. quod totum iudicis arbitrio relinquendum est, ut ibi not. & legitur. Sic ergo statutum hoc intelligitur, quod ciuis ex priuilegio non efficiatur capax, nisi fecerit se allibrari infra te- pus habile iudicis arbitrio relinquendum, qd hic factum dici potest, velur infra mensem, in- fra quem velur breue tempus licuit purgare moram non facte allibrationis post delata suc- cessionem, sic enim t tale reputari debet bre- ue tempus, vt in alio proposito reputat duos menses Fulg. consil. 7. col. 4. Quadrimestre ve- rò non modicum tempus, Rip. in l. si infulam. num. 36. ff. de verbor. obligat. minusque 11. me- sium Corn. consil. 149. col. pen. vol. 4. nec anni. Dec. consil. 452. nu. 20.

Tertio posito, q statutum hoc requireret qua- litatem praedictam allibrationis concurrere te- pore delatae successionis, adhuc tamen D. Ioan- nes

nes Baptista factus cuius nouellus ex priuilegio deberet excusari, si tunc temporis eam non fecisset interuenire, sed post, prout fecit, per doctri. Bal. singulari in l. data opera. col. 6. vers. quandoque de nihilo statuta C. qui accus. non poss. vbi dicit quod si quando statuta de nihilo faciunt aliquid, puta quod quedam res non possint vendi, vel quod trecolae non possint stare propè tabernam, vel similia, quae de iure communi nec materia, nec forma sunt nomen alicuius delicti, tale statutum non ligat aduenas, vel novos ciues, qui possunt dici tirones, qui propter iustam ignorantiam excusantur. Sic. n. dicamus in casu nostro, quod hoc statutum volens ciue ex priuilegio non effici capacem, nisi fecerit se allibrari in æstimo communis Ferrariæ quæ res de iure communi non sonat in aliquod nomen delicti, non debet ligare d. Do. Ioanem Baptistam ciuem nouellum, sed excusari debet, si non seruauit illud aduergem, & tempore præfixo: debet enim tale statutum restringi, & interpretari in ciue ex priuilegio prius notitiam habente de hoc statuto, velut habi-

16 tante Ferrariæ, nam bene talis præsumitur habere scientiam statutorum dictæ ciuitatis, vt per Alexan. consi. 175. vol. 6. Craue. consi. 15 r. num. 24. quos adduxi in addit. Do. mei. Rimi. consilio 190. in prima addit. & hæc dubium res soluunt omnino, tum quia non sumus in ciue ex priuilegio: tum quod si effemus in eo. d. statutum non haberet locum in d. Do. Io. Baptista minore, & posito quod haberet locum, sufficit dicta qualitate verificari post, infra tempus habile iudicis arbitrio. Demumque quod Do. Ioan. Baptista velut cuius nouellus esset excusandus, vt ex prædictis patet.

Hippo. Rimi. Ferrar.

Pro magnifico & reuerendo Do. Alberto Flasco Canonico Ferrariæ.

ARGUMENTVM.

Canonico electo per resignationem factam in manibus Summi Pontificis, ei que assignato stallo in choro post obitum resignantis non requiritur noua installatio, sed prior attenditur. Item canonicus electus præfertur medio tempore creato.

SVMARIYM.

- 1 Per assignationem stalli in choro queritur possessio iuris canonicalis.
2 Si Papamandet aliquem recipi in fratrem, & Ca.

- 1 nonicum sibi, assignari locum in capitulo & stallum in choro per talem receptionem acquiratur ius Canonic.
3 Clausula, cum plenitudine iuris Canonicalis, quid operetur.
4 Renunciatio est priuatio.
5 Effectus renunciationis est, vt altero refutante, alter acquirat.
6 Res renunciantis acquiratur renuncianti.
7 Possessio rerum immobilium corporalium queritur sola insistentia.
8 In Possessorio debet fieri fundamentum, vt ex tunc.
9 Possessio semel quesita animo retinetur.
10 Possessio non amittitur nisi spatio 10. annorum.
11 Non dicitur attentasse, quid possessionem continuat.
12 Ille proprie dicitur attentare, quid facit actum sine aliqua rationabili causa.
13 Cumulatio petitorij cum possessorio procedit parte non opponente.
14 Canonicus prius receptus in fratrem & Canonicum auctoritate Papæ in sessionibus debet preferri recepto postea.
15 In materia Canonicatus ad constituendum quem antiquiorem consideratur tempus receptionis & non ætas.
16 Qui de presenti capere non potest, spes tamen est, quod in futurum capere possit, posteriores excludit.
17 Licentiarum ad sanædos doctoricos gradus præferuntur doctorato medio tempore.
18 Quæ opinio communis est, ibidem.
19 Et ita fuit iudicatum Ferrariæ in persona auctoris, cod. num. 17.
20 Quæ autem ratio inter alias afferatur. 18.
21 Canonicus electus præfertur Canonico facto medio tempore.
22 In summarijs cessat penitus oppositio iuris rerij.
23 Per resignationem liberam factam in manibus Pontificis amittitur ciuili, & naturalis possessio.
24 Reseruatio præcaria non remouet possessionem ciuilem, sed naturalem tantum.
25 Reseruatio sequens post resignationem sic debet intelligi, vt reducat ad concordiam cum resignatione.
26 In qualibet dispositione per distinctionem tollitur contrarietas.

CONSILIVM. CCXXX.

Auxilium meum à Domino.



IRCA possessorium, de quo contenditur inter reuerendum Do. Albertum Flascum, & Reuerendum Do. Hippolitum Perundolum, puto rem satis esse claram pro d. reuerendo D. Alberto, stante assignatione stalli sibi facta in choro legitime de anno 1547. per talem sibi quesita fuit possessio iuris Canonicalis, vt firmat Innoc. in c. in literis de restit. spol. Bald. in l. 4. col. 9. vers. super

per C. de ser. & aqui. Abb. in c. cum super, nu. 17. ad fin. de caus. poss. & pro. Rom. consi. 482. num. 2. & cum prius Papa mandauerit, eum recipi in fratrem & Canonicum, sibi que assignari locum in capitulo & stallum in choro, nam per talem receptionem secutam ius Canonicæ dicitur sibi fuisse quesitum, prout tradit Host. in c. statumus. de maioritat. & ob. sequitur Feder. de Sen. consi. 280. num. 6. tantouè magis, quod in breui fuit apposta clausula illa, cum plenitudine iuris Canonicalis, quæ t operatur quod eo installato haberet interesse in diuinis, & haberet quotidianas distributiones, vt tradit Butr. in c. cum M. in fin. de constit. & in c. pro illorum. de cõc. præb. ad fin. lateque tradit Gomes. in tract. de grat. & expect. num. 38. vbi concludit, sic creatum in Canonicum habere quasi possessionem iuris Canonicalis, & esse verum Canonicum, confirmatque præterea stante renunciatione, & libera resignatione in manibus summi Pontificis facta prius per reuerendum Do. Agamemnonem, cum enim t renuntiatio nihil aliud sit, quam priuatio, ut tradit Soc. consi. 189. uol. 1. & reuerendo Do. Alberto Sum. Pontificis id contulerit, fateri oportet, ius renunciatum sibi quesitum fuisse, cum hic sit renunciationis t effectus, vt altero refutante alter acquirat, ne res sit in suspenso, vt tradit Host. in sum. de renunt. §. quis sit effectus. sicque res renunciantis t acquiratur renuncianti. l. actionem. C. de pact. Castr. in l. 1. §. inde Neratius. ff. ad treb. Aret. in l. planè. §. si duobus. col. 5. ff. de leg. 1. Rub. in l. pater filium, num. 143. ff. de inoffic. test. Hiero. Gabriel. consil. 11. num. 30. & cum sapius federit in dicto stallo, dicitur ex tali insistentia sibi quesita possessio ipsius stalli: quia t possessio rerum corporalium immobilium queritur sola insistentia. vt tradit Bar. in l. stipulatio ita. §. hæc quoque. ff. de verbo. obligation. nu. 3. Iaf. nu. 4. Bald. consilio 10 in questione quæ uertitur ad fin. volum. 5. Angel. Aret. in §. sita que, num. 7. inst. de actio. Soc. consil. 131. col. 2. uol. 1. Corn. consi. 282. n. 4. volum. 1. Dec. consi. 56. nu. 3. & consi. 400. nu. 3. & 4. Alba consi. 64. num. 18. Balb. in l. Celsus. num. 135. ff. de usuc. & Menoch. de rec. poss. re med. 3. num. 161.

Nec fieri debet fundamentum in hoc possessorio, t vt ex nunc. non autem vt ex tunc, prout putat pars aduersa, immo totum contrariu per doct. Bald. in d. l. 2. col. 10. vers. sed pone C. de seruit. & aqu. vbi dicit, quod si aliquis diu scdit in choro tamquam Canonicus: qui tamen non erat, si postmodum Papa eum fecit Canonicum non requiritur noua installatio, sed prior attendi debet. Posito ergo quod reuerendus Do. Albertus non fuisset uerus Canonicus (quod tamen est falsum) & tunc uerè sic reus Canonicus vt putat pars aduersa, tamen uis in antiqua installatione fieri debet, & quod inquit Bal. quod diu steterat in choro, & capi-

tulo, potest intelligi, nedum quod diuine & continuato tempore steterit in possessione sed quod etiam diu steterit, hoc est, adeptus fuerit possessionem, licet non diutius in ea steterit, inter hæc namque uis fieri non debet, cum illa t possessio quesita semel animo possit retineri. l. 3. §. in amittenda. l. quemadmodum. ff. de acquir. posses. cum utrobique not. sicque fuerit retenta per reuerendum Do. Albertum, nec t amissa per eum postquam diuinum tempus annorum 10. non fuit elapsum ab eo tempore citra, iuxta not. per Bar. & Castr. & Alexan. post alios in l. si de eo. §. si forte. ff. de acq. poss. Hinc que resoluitur oppositio facta ex aduerso de reuocatione attentatorum: quoniam cum Reuerendus Do. Albertus iam possessionem fuisset adeptus, nec eam amississet ingrediendo possessionem mortuo reuerendo D. Pasquale t, non dicitur t attentasse, sed continuasse possessionem vtendo illa, sicut ante fuerat vsus iuxta glo. notab. quam ibi doct. sequuntur, in c. non solum. de app. in 6. sequitur Alex. consi. 99. col. 2. vol. 5. Card. in clem. fin. ut lit. pend. Dec. consi. 103. Capici. decis. 72. Io. Monach. in c. cupientes. §. quod si per viginti. num. 138. de elect. lib. 6. Bero. q. famil. 120. num. 13. Manfredus noster Ferrariensis libro primo de attentatis. parte. 7. n. 35. Ratioque in promptu adferri potest, vt ille subdit in 9. parte, in principi. quoniam t ille proprie dicitur attentare, qui facit actum sine aliqua rationabili causa. c. quamuis in princ. à contrario sensu, & ibi not. expresse Gemini. num. 1. de off. ordin. Quod dici non potest in continuante possessionem suam: & quoniam ad colorandum possessorium cumulatum est in præsentia causa petitionum, procedit t cumulatio parte non opponente, vt per Imol. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. quem sequitur Alexand. numero 91. Iaf. numero 161. caterique scribentes vt refert Bologni. num. 29. & Claud. Marmen. num. 55. dicam aliqua super eo quo clarior fiat conclusio superius facta in possessorio pro reuerendo domino Alberto, dicens quod cum 14 prius t receptus fuerit in fratrem, & canonicu auctoritate Papæ quam pars aduersa, præferri debet illi in sessionibus, secundum Innoc. Ioan. Andr. Butri. Abb. & Felyn. post alios in 15 c. statumus. de maio. & obed. nam tempus t receptionis ad constituendum quem antiquiorem in hac materia consideratur non ætas, vt per glof. not. in c. fin. de confu. in sexto, Felyn. in c. cum omnes, numero 35. de constit. Boer. in tract. de aut. ma. conf. num. 80. Secundò con 16 firmatur, nam quod t de præsentia capere non potest, spes tamen est, quod in futurum capere possit, posteriores excludit. Bart. in l. 1. §. qui habeat. ff. de bonor. poss. cont. tab. Paris. consi. 117. num. 19. vol. 4. At reuerendus dominus Albertus tempore uitæ reuerendi Do. Agamemnonis sperabat posse capere in futurum præbendam.

dam, & fructus decedente illo, ergo debuit excludere posse partem aduersam in scsionibus, & aliis, quæ ad præcedentiam spectant. Tertio me valde mouet exemplum licentiarum, quo doctores vtuntur in actu præcedentiæ, is enim præfertur doctorato medio tempore inter licentiam suam, & gradus post susceptos, vt voluit Rayner. & Nicol. de Neapo. in l. 1. C. de consul. lib. 12. Cald. in c. capitulum sanctæ Cruc. de refcri. Maria. in c. quanto. de magis. Arc. in §. que dam. colum. 8. de actio. Alex. in apostill. ad Bar. in l. 1. ff. de obseq. à liber. Felyn. in rubr. de maior. & obed. & in c. clerici. & post eum Dec. de iudit. Socin. consilio 70. volumine 4. Aret. in l. nec quis ex corpore. C. de aduoc. diuer. Iud. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 38. Boer. in tract. de aucto. mag. conf. num. 98. Tiraquel. de legib. connubi. in 15. lege. numero 5. Dec. & Purp. in l. cum quid. ff. si cert. pet. qui te stantur hanc esse communem, sicut & magis cõmunem, & tenendam testatur Anton. Gabriel. Roman. in suis conclusionibus in titulo de maior. & ob. lib. 6. concl. prima, & idem tenet Rol. à Valle consi. 1. r. num. 23. volum. 2. Port. Imol. in conclu. lib. 5. conclus. 22. & nouissimè Menoch. sine resolutione loquens de arbitr. Iud. lib. 2. Centur. 4. casu 379. sed satis est hanc esse communem, & ita fuit iudicatum per magnificum Collegium nostrum Ferrariæ superioribus annis in persona mea, qui licentiarum erã quòd deberem præcedere Ronchegallum, Ventum & Magnanimum doctoratos medio tempore, vt etiam retuli in sit. quib. alien. lic. vel non, in princip. numero 99. & sequenti inter enim varias rationes, quibus fundatur illa communis conclusio, & illa datur, quòd ab initio tempore sibi data licentiæ consecutus fuit doctoratum, ita quòd non videretur illum postea de nouo consequi, meritò præfertur illis, qui medio tempore consequuntur doctoratum. l. pen. & quod ibi doct. C. de consul. lib. 12. Sic enim dici potest in casu nostro, quòd & Canonicus electus, vt in casu nostro, dicatur ab initio consecutus Canonicatum, ita quòd mortuo resignante, non videretur illum de nouo cõsequi, meritò Canonicis medijs temporis præferatur, & ex his possessio reuerendi domini Alberti magis iustificatur, & colorata redditur, vt iure meritò sit in ea conseruandus, tantoque magis quia aduersa pars est in eadem nauu, cum & ipsi facta sit resignatio cum reservatione, & tamen præcedit canonicos, qui sunt in dies, ergo & ipsa præcedi debet à reuerendo domino Alberto. l. viro atque vxore, cù ibi not. ff. solut. matr.

Nec à prædictis me mouet reservatio quædam, quæ facta proponitur ex aduerso per reuerendum dominum Agamemnonem: quoniam vltra quòd dici posset, oppositiõne huius iuris ad referuantes spectare non ad tertium, quòd qualis in hoc est pars aduersa. Nã & in his sum

mariis cessat penitus oppositio iuris tertii secũdum Castren. in l. ille a quo §. si de testamento. ff. ad treb. Alexan. in l. si. C. de edic. diui. Adria. numero 20. Ruin. consilio 129. col. penul. vult mine secundo, dico ego, quòd cum prius resignatio libera reuerendi domini Agamemnonis præcesserit in manibus Summi Pont. per quam & ius & ciuilem & naturalem possessionem amisit, vt tradit Gomef. in regul. Cancel. in reg. de publi. resigna. quæst. 2. idque totum ius acquisitum fuerit reuerendo Do. Alberto prout supra dixi, & postmodum dicta reservatio facta fuerit de expresso reuerendi domini Alberti consensu, patet eam fuisse præcariam, & quæ non remouit possessionem ciuilem ab eo, sed naturalem tantum transtulit in reuerendum dominum Agamemnonem, prout est casus in l. & habet §. cum. ff. de præcar. & quæ postmodum per mortem reuerendi domini Agamemnonis consolidata fuit cum ciuili in persona reuerendi domini Alberti, secundu Abb. in c. cù venissent, col. 2. vers. vltimò inducitur. de rest. spol. Bal. in l. 1. q. 46. ff. de rer. diuis. cù simil. & & reservatio sequens post resignationem sic debet intelligi, vt reductor ad concordiam cum resignante per quandam distinctionem, iux. decis. Bart. Bald. & ceterorum in l. scriptura. C. de fide. instr. Bart. in l. fin. §. idem quæsit. ff. de lib. leg. sic enim in qualibet dispositione cautum est, vt per distinctionem contrarietas tollatur, vt tradit Alex. consilio 140. viso testamento, colum. 4. volum. 2. Dec. consi. 195. col. 2. consi. 602. col. 2. nam & vulgò dici consuevit, distingue tempora, & concordabis scripturas, vnde reservatio debet intelligi, quòd ad commoditatem tantum, & naturalem possessionem, resignatio verò respectu proprietatis, & ciuilis possessionis, quæ & iura sic separata penes duos eodem tempore esse possunt. §. 1. inst. de vfu. not. in l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poss.

Et hæc in præfenti causa sufficienter, remotis multis nugis propositis ex aduerso non necessariis.

Hippo. Riminaldi Ferrar. Pro filio legitimo D. Mauri.

ARGVMENTVM. Filius legitimus simpliciter, & absolute stantibus filiabus naturalibus & legitimis cù eis cõcurrit in legitima, & aliqua de statuto, & filia sit conteta &c. plura de legitimatione.

SVMARIVM.

Cui data est simpliciter facultas legitimandi non intelligitur data existentibus filiis legitimis, sed requiritur quòd expresse fuerit data potestas legitimandi

- rimandi stantibus filijs legitimis & naturali- bus. & 28. Cuius ratio habetur. 2. Potestas legitimandi est de referuatis principi. ibidè Ideo is, cui concessa fuit, eam non habet, nisi quatenus expressum fuit. 3. Vbi potestas alicui referuata est tanquam superiori, inferior non potest apponere manum, nisi quatenus sibi concessum est. 5. Legitimatio facta non præiudicat filiis illegitimis. vt minuatur illis non citatis. Respondetur nu. 30. & seq. Ratio explicatur nu. 6. Legitime vt præiudicetur requiritur specialis mentio ibidem. 7. Statutum, quòd filia sit contenta &c. limitatur. & num. 10. & 35. Sententia facit de indebito debitum. 9. Exceptio peremptoria non potest opponi post sententiam. 11. Licet iudici ex causa transgredi statutum, secundum communem opin. 12. Dictum Innocen. in cap. 1. de consit. defendit Assesores, quando statuta transgrediuntur. 13. Clausula sine præiudicio venientium ab intestato operatur, quòd non potest ex testamento auferre legitimam filijs legitimis. 14. Filius legitimus debet habere legitimam iure natura debitam. Et sic in legitima concurris cum legitimis, alioquin sequeretur absurdum, de quo nu. 15. Quòd quidem procedit in simplici & absolute legitimatione, secus si esset facta sine præiudicio legitimorum, vel etiam habilitatus ad aliquam portionem. 16. Legitimationis proprietas quæ sit, & quid sit proprium dispensationis. 18. Quando dicatur agi de legitimatione in ampla forma. 19. In legitimatione quibus verbis includantur filia, & tollatur citatio. 20. Potestas Comitibus legitimantis pendet à facultate sibi concessa. 21. Tenor privilegij principis Cõcedentis facultatem Comitibus legitimandi debet diligenter inspicere. 22. Verba illa in legitimatione posita, quoad ea bona, de quibus liberè potest disponere, non operantur quominus filius dicatur legitimus, licet effectus successione fuerit limitatus. Item nec verba illa referuntur ad legitimam filiarum stante statuto, quòd filia sit contenta. 23. Sed fuerunt prolata respectu bonorum feudalium seu fideicommissi subiectorum. 24. Non est credendum beneficium conferri cum alterius iactura. 26. Filia non dicuntur habere spem probabilem in legitima viuentis patris. 27. Cuius, & iuris consultus presumitur scire statutum ciuitatis. 29. Expressa nocent, quæ non expressa non nocent. 31. Clausula nulla lege communi, vel speciali, & feuda

li in corpore iuris clausa non operatur, quòd Comes, cui talis potestas concessa est in legitimando, possit filijs in legitima præiudicare. Legitima competens filijs est pro eorum numero. Sententia debet interpretari secundum ius commune, vt in statuto & lege. Item debet referri ad intellectum iuris.

CONSILIVM CCXXXI.

Auxilium meum à Domino.



DVCITVR, quòd filia Mauri debent habere integram legitimam, quæ est tertia pars bonorum, non obstante filio legitimato per Do. Maurum, primò quia & cui data est simpliciter facultas legitimandi, non intelligitur data existentibus filiis legitimis, vt tradit Cast. consilio 225. super eo, quòd primo loco. columna 2. in antiqui. arg. tex. in §. illud tamen. in auct. qui mo. nat. eff. sui. & in §. sit igitur, in auct. quib. mod. nat. eff. legit. sequitur Socin. in l. Gallus. §. & quid sit tantum, numero 27. ff. de lib. & post. in prima limita. Iason. num. 97. post Cast. circa fin. & Alexand. consilio 187. col. 37. vol. 5. qui requirunt quòd data fuerit potestas expressa Comiti legitimandi, etiam stantibus filiis legitimis & naturalibus; vt ego retuli consilio 23. numero 345. & Ratioque uidetur in promptu: quia legitimandi potestas est de referuatis principi. c. per venerabilem. cum ibi not. qui fil. sint leg. Lud. de Sard. in tract. de legit. §. de legitimatione per rescriptum, quæstione 8. numero 18. Vnde is cui concessa fuit, & eam non habet, nisi quatenus expressum fuit, vt inquit Bald. in c. 1. §. naturales. in fin. si de feu. fuer. contr. ea ratione: quia quando potestas & est alicui referuata, tanquam superiori, inferior manum non potest apponere, nisi eatenus, quatenus à superiore concedatur c. 1. iunct. glof. quæ sint rega. c. 1. cum ibi not. de transla. episc. Bero. confirmans consilio 176. numero 12. & consil. 177. numero 70. uo. i. volumine 2. Frac. Becius consi. 36. colum. 3. Secundò confirmatur: quia & legitimatio facta non præiudicat filiis in legitima, vt minuatur illis non citatis. Cast. in d. §. & quid sit tantum, numero 16. Soci. col. penul. vers. tertia & vltim. conclusio, Imol. in c. nisi. §. persona. de renunt. præsertim quia non est & verisimile, quòd legitimatio facta etiam sub verbis generalibus, & plenis tangat legitimam, ad cuius præiudicium requiritur specialis mentio. l. si quando. §. generaliter. C. de inoff. test. & ibi Iason post alios, dominus meus Riminal. consilio 443. numero 74. & Franc. Becius consilio 29. numero 1. Tertio corroborari dicitur hæc opin. ex sententia reuerendi D. Episcopi Casal. quæ uult inte-